





SCRIPTORES
REI RUSTICÆ
VETERES LATINI

E RECENSIONE JO. MATTH. GESNERI

VOLUMEN QUARTUM

LEXICON
RUSTICUM

BIPONTI
Ex Typographia Societatis
CIↃIↃCCLXXXVIII

LEXICON
RUSTICUM.

LEXICON RUSTICUM.

A.

A BIMA fructum ferre incipit vacca, Varr. 2, 1. a Menate libertus, Varr. 2, 8. a se instituit ipse, Col. 11, 1. ab aspectu decorus, Col. 6, 29. ab hinc, Pall. 4, 13. ab his leguminibus, *h. e. post*, Col. 2, 10. ab uno & viginti diebus exactis, Pall. 7, 5.

Abacus, Cat. 10. *mensa structoria & coquinaria.* Ge. Alex.

Abiegna scobis, Col. 12, 43.

Abies Gallica, Pal. 12, 15.

Ablaqueatio nudavit radices, Col. 4, 14. adopertas (*int. ante ablaqueationem*) ostendit radiculas, Col. 4, 8. ablaqueationis lacusculi, Col. 4, 8. *Malim ergo a* lacu *derivare hoc verbum, cum Georgio Alex. Beroaldo, quam a* laqueis *radicum, quibus liberantur arbusculae.* ablaqueationis orbem fortius exaltare, Col. 4, 4. *Ursin. coni.* scrobem. *Sed quidni* orbem *dicat illam aream, quae in ablaqueatione refoditur? Rotundum certe spatium ipsa stirpium & ablaqueationis natura desiderat. Quid quod Græcorum consuetudo* γυρὸν, γυροῦν *&* γύρωσιν *hic agnoscit? & ipse Moderatus* 5, 9. altis gyris ablaqueari oleas *præcipit.*

Ablaqueo. *Quid sit* ablaqueare *disertissime docet* Col. 4, 8. *vid.* oblaqueo. ablaqueari vitem antiquissimum est, Col. 4, 29.

pro Ablativis consequentiae, Nominativi, Veg. 2, 34. interdum animal despumatum remissus semel de palato sanguis non potest reprimi. *An Græcismus est? Debebat certe* animali despumato.

Ablegandum pecus a prato, Varr. 1, 47. cum ablegabuntur boves, Col. 6, 5.

Abnodare palmitem focaneum, *h. e. ablato illo vulnus levare*, Col. 4, 24.

Abnuit Saserna id ruris genus, Col. 3, 3. *h. e. respuit, damnat.*

Abolescit siccitatibus vitis, Col. 3, 2. abolescunt, *quae*

ex majoribus minora fiunt, ac tandem pereunt. Siccitatibus igitur abolescunt *uvae, h. e. rugis contrahuntur, ac tandem succo omni destitutæ decidunt. Idem verbum occurrit apud Lucretium* 5, 732. *& Virg. Æn.* 7, 232.

Abominari, *h. e. deprecari*, Col. 6. Praef.

Aborigines solum mutarunt, Col. 1, 3.

Aborto. ne abortet, Varr. 2, 4.

Abrado dolabra acuta, Col. Arb. 10.

Abrotonites vinum, Col. 12, 35.

Abrotoni virga pro caprifico, Pall. 4, 10. macerati portione sedatur dolor ventris in pecudibus, Col. 6, 7. Veg. 3, 3.

Abscido *fere Lugdunensis. MS. apud* Palladium, *& ita Jenson. & Bonon. cum Commel.* 4, 10. *ubi* scindere *rel. Sed* abscidere arbores, Pall. 6, 4. absciditur messis, Pall. 7, 2.

Absinthiatum conditum, Pall. 3, 32.

Absinthides vinum, Col. 12, 35.

Absinthium Ponticum, Cat. 159. Veg. 3, 28, *& sæpe al.*

Absisto. nec absistat id facere, donec &c. Col. 12, 19.

Absolvit spissitudinem olei sal, Pall. 12, 17. absoluta sunt liba, *i. e. parata, fertig*, Varr. 2, 8. absoluta tempestatibus dies, Pall. 4, 12. nebularum noctibus loca, *i. e. libera*, Pall. 1, 3.

Abstineo. abstinere pullos cibo & aqua, Col. 8, 5. *significatio transitiva, curare ut abstineant, prohibere, coercere. Schœttg.* si se imber abstineat, Pall. 3, 24. *h. e. si non pluat.* abstinentissimus somni & vini, Col. 11, 1. rebus Venereis, Col. 12, 4. abstineantur hordeo, Col. 6, 30. potione, Col. 7, 10. abstineatur a potu, Pall. 6, 7. abstineri debent, Col. 8, 5. abstinendus cibo bos, Col. 6, 7 & 9. ab humore, Col. 6, 26. abstinendæ cibis aves, Col. 8, 5. *Talia plura dedit Barth.* 19, 15. *p.* 992.

Abstractum pro Concreto pon. vid. Acerbitas, Ariditas, Maturitas.

Absumta ablaqueatione, Col. 5, 10. *De hac phrasi dubitat Ponted. ad Col. Arb.* 24. absumtas vires refovere, Col. 2, 14.

Abunde sit dixisse, Col. 5, 3.

Abundo. si abundaverit parum cruoris, *h. e. effluxerit*, Veg. 3, 4 b. *Ita* abundavit sanguis per nares, *Scribo. Comp.* 47.

in Abus *Dativi & Ablativi non semper adhibentur. Scal. ad* Varr. 2, 1. sed ex his equis qui nati pulli &c. *h. e. equabus.*

Ac etiam, Varr. 1, 47. Col. 9, 12.
Acacia nigra, Veg. 2, 34.
Acanthini caules, Col. 9, 4.
Acanthos imitatur pinea, Col. 10, 241.
Acapnon mel, Col. 6, 33. *acapnon mel etiam laudat Plin. 11, 16. f. 16. Strabo ἀκάπνιστον appellat l. 9, p. 400. genus mellis Attici, quod circa argenti fodinas confieret, idque dici ait ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς σκευασίας, credo quod fumus non adhiberetur ad repellendas apes; quo aliquantum vitiari mel necesse est. cf. Harduin. ad Plin. l. c.* ligna acapna *vid. Cat. 130.*
Accedit propius ut non sit macra, quam ut sit jejuna, Varr. 1, 9. per gradus vindemia, Pall. 3, 9.
Accendere Venerem, Col. 8, 11. accendi æstatis vaporibus, Col. 9, 6.
Accessiones parvæ, Col. 1, 7.
Accipiter, Col. 8, 4 & 8. *MS. Lips.* ancipiter.
Acclamationum verens bos, Col. 6, 2.
Acclives inter se crates, Col. 12, 15. acclivibus locis, Col. 3, 15.
Acclivitatis difficultas, Col. 2, 4.
Accommodare trapetum, Cat. 21. accommodantes opera temporibus, Col. 11, 2.
Accommodum digestioni, Pall. 8, 8. labori potius, quam velocitati animal bos, Veg. 3, 2.
Accubans non nisi sacris diebus cœnet villicus, Col. 11, 1.
Accuratio. ad omnem Accurationem, Veg. 1, 56. *h. e. accuratissime.*
Accurare victum & cultum, Col. 12. Præf.
Accusativus absolute positus pro ablativo, Cat. 90. palumbum recentem ut prensus erit &c. *subaudi* quod ad. *vid. Perizon. ad Sanct. 4, 11 extr. add.* Cat. 42. ligustici unciam, *int.* sume, *vel simile quid*, Col. 12, 57. Turis masculi unciam unam &c. Veg. 3, 42. *pro nominativo*, Col. 6, 3. eosque nemo dubitat, quin optimi sint. *Sic e. c. etiam Cæsar B. G.* 1, 39. rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere se dicebant.
Aceo. si aceat vinum, Cat. 148.
Acerbitas, *pro uvis acerbis*, Pall. 3, 9.
Acerbæ uvæ, Col. 3, 21. *maturis opponuntur.*
Acervatim enectæ, Col. 9, 13.
Acetabulum. quantum acetabulum capiet, Veg. 1, 17. *add.* 2, 53. *Heminæ signatur quarta pars, i. e. drachmæ quin-*

decim. Bero. Idem verbum Catoni restituendum c. 102. *pro* cætabulum. *Apud Vegetium saepe scriptum est* accetab.

Acetum ut fiat, Col. 12, 5. acerrimum & pulcherrimum, Cat. 104. ficulneum, Col. 12, 17. laserpitiatum, Cat. 116, e malis, Pall. 3, 25. mulsum, Cat. 157. de piris, Pall. 3, 25. scylliticum ut fiat, Col. 12, 34. & Pall. 8, 8. e sorbis & piris, Pall. 2, 15. mellis aceto, Col. 12, 5. *Forte legendum* aceti. *Plin.* 11, 15 *pr.* In omni melle quod per se fluxit, ut mustum oleumque, vocatur acetum. *Hesych.* ἀκητὸν, κράτιστον. *An etiam* mellis *aliquod* acetum *est, sive* mel acidum? *Certe prohibent quantum possunt mellarii, ne qua panis incidat mica, a cujus fermento scilicet effervescere & vitiari mel putant.*

Achæi solum mutarunt, Col. 1, 6.

Achaica myrrha, Col. 10, 173. *τὸ σμυρνεῖον ita vocat, quod in Græcia nascatur. Dioscoride vero teste provenit in Bœotia, quæ etiam Achajæ nomine cum adjacentibus regionibus venit. vid. Cuper. in epist. ad Constant. Hugenium, quam profert Columbus ad Lactantium de M. P. c. 50. Schœttg.*

Achanti unc. 6. Veg. 1, 10. *inter suffimenta.*

Acheloides *nymphæ* Pegasidum comites, Col. 10, 263.

Achrades pyri, Col. 7, 9. 10, 15 & 250. *unde silvestres esse apparet.*

Acina crassa, Col. 12, 43. *proprie igitur sunt folliculi,* quibus vinacea celantur, Col. 11, 2. *vid. Græv. ad Cic. de Sen. 15.*

Acina *pro ipsis baccis uvarum, ut* arida & vitiosa, Col. 12, 39. corrugata, Col. 12, 39. corrupta, Cat. 112. Col. 12, 39. rugosa, Col. 12, 43.

Acinaria dolia, Varr. 1, 22.

Acinaticium vinum, Pall. 1, 6. *Huius conficiendi rationem vid. apud Cassiodorum Var. 12, 4.*

Acinus. acini varii in una uva coloris, Col. Arb. 9.

Acnua *quid?* Varr. 1, 10. Col. 5, 1.

Acontizare ut possit sanguis, Veg. 1, 26 & 27. *h. e. prosilire, emicare.*

Acopon thermanticum, Veg. 1, 43. *unguentum dolores leniens & calefaciens. add.* 2, 11 & 54. *Plinii etiam & Celsi vocem esse, docet Rhodius Lex. Scribo.*

Acorem facit hæc res, Col. 3, 21. concipit lac, Col. 7, 8. redolere, Col. 12, 18. acore vitiatur lac, Col. 12, 13.

Acori libra, Veg. 3, 57. Pontici, Veg. 3, 79. *Descriptio*

pariter & pictura Dodonæi convenit cum eo, quem cives mei vocant Calmus. Sed calamum aromaticum *male dici* acorum *idem confirmat.*

Acquiefcit vinea palo, adminiculo, Col. 4, 12.

Acratophorum, Varr. 1, 8. *vafis genus.*

Acredinem cepis tollunt nuces, Pall. 2, 15.

Acrimoniam brafficæ non poteft ferre ulcus, Cat. 157.

Acris. Acre ut fiat vinum vapidum, Col. 12, 5. acrior fol. Col. 11, 2. ignis, Col. 12, 19.

Acrus, a, um, *etiam dixere.* Acra radice, Pall. 9, 5. cum aceto non acro, Veg. 2, 7. aceti acri, Veg. 4, 28.

Acrifioneos amores, Col. 10, 205.

Acro *vel* acron. Acronis fuilli ufus, Veg. 3, 66. *it.* 4, 8. *add. Morgag.* 4, 43. ungulam de perna *in fimili re commendat* Cat. 158.

Acrocolefium, Veg. 4, 12.

Acroteria, *al.* acrocolia, *quae gloffa eft τῶν ἀκρωτηρίων; certe fynonymum.* Veg. 2, 47. *ἀκροκώλια, ἀκρωτήρια, extrema artuum, manus, pedes &c.*

Acrufolii vectes, Cat. 31. *Monet Popma in omiffis ifta:* Catonis *Acrifolia* arbor eadem eft, quae vulgo *Agrifolium*, Germanice *Hulfen* dicitur, habetque folia aculeata, & ob duritiem apta eft vectibus; quod Plinius per incuriam non animadvertit, & *Aquifolios* repofuit. *Sed vid.* Aquifol.

Actæonis *μῦθος*, Varr. 2, 9.

Actæus. Actæi mellis Hymetti, Col. 10, 386.

Actiones Mamilii, Varr. 2, 5 & 7. *h. e. formulæ, quafi quidam rerum agendarum modi. Vid.* Formulæ.

Actor, *fervi genus, villico fimile*, Col. 1, 7 & 8. *it.* 12, 3. *Sic forte etiam legendum* Col. 6, 27. *pro* auctor. convenit providere auctorem induftrium. *Vid. Schœttg. ad Juvenc.* 3, 719. *Cort. ad Plin. Ep.* 13, 19, 2.

Actus primus villaticæ paftionis, Varr. 3, 11 extr. *conf.* 2, 9. 1, 26. 2, 10.

Actus agrimenforum quis? Col. 5, 1. minimus Varronis, *ibid.* quadratus, Varr. 1, 10.

Aculei calcis, Col. 8, 2.

Acumina feminum terræ infigenda, Pall. 2, 15. acumine deorfum verfo ponuntur offa Perfici, Pall. 12, 7.

Acuminis ftrenui minifter, Col. 1, 9.

Acuo. acuere palos, Col. 11, 2.

Acus grani, Varr. 1, 52. feminum, Cat. 37. fabaginum,

Cat. 54. ſubſternendum gallinis, Varr. 3, 9. duriſſimæ, Col. 2, 10. mixto acere e frumento.

Acus mergendis ſarmentis, Pall. 1, 43. *h. e. ſubula.*

Acutata bene ſagitta, Veg. 1, 22.

Acutum cuprinum, Veg. 3, 2. *it.* 1, 12.

A. D. *ante diem. Schœttg. ad* Varr. 1, 28.

Ad medium complere, Col. Arb. 4. ad pabuli condimentum, Col. 7, 3. ad iſchiadicos vinum, Cat. 123. ad alvum crudam &c. Cat. 125 ſqq. * *Pro* in. ad caſas, Varr. 2, 10. *Vid. de hac ratione Scheff. ad Petron. c. 61.* * *Pro ablativo inſtrumenti.* ad acutam cannam exſeces, Veg. 3, 3. ad ſpongiam deterges, Veg. 3, 4. *Vid. Morgag.* 3, 8. *Ita* ad ſiphonem, ad cornu, 1, 10, 11, 17, 34, 45, 56. ad manum, Veg. 1, 47. ad colum colabis, Veg. 1, 56.

Adaggerare terram circa arbores, Col. 5, 11. *it.* Cat. 94.

Adamat partes ſuas orbis ſpiritus, Col. 10, 199.

Adapertas vites relinquere, Col. 5, 5. *Forte legendum etiam* adaperta Col. 10, 145, 239 & 261. *pro* adoperta.

Adaquare, Pall. 3, 33.

Adarce, Veg. 3, 48. 4, 28. ἀδάρκη, *ſpuma ſalſa concreta ad arundines. v. Gorræus.*

Adaruit amurca, Cat. 98.

Addere, *h. e. indere, infundere, etiam de prima ſpecie, cum nihil adhuc eſt in vaſe.* Varr. 1, 54. *it.* 3, 15. Col. 12, 22 & 57. *Pliniana plura damus ad Fabri theſaurum. v.* Adjicio.

Addubitare, Col. 3, 8.

Adduco. adducere ad utilitatem, Varr. 1, 20. *de bobus domandis.* adduci ad aratrum. Varr. 1, 20. adducunt te pedes ad mercatum, Varr. 2. Præf. adduci, *h. e. credere,* Col. 2, 1.

Adeps. adipis præfulſi, Pall. 4, 12. *ſed MS. Sylb.* præfulſæ, *ut eſt etiam* Col. 6, 2. *Ita* leoninæ, *it.* urſinæ, Veg. 4, 22. porcinæ, Veg, 3, 47.

Adepta *paſſ.* Pall. 14, 126. *recepta, adoptata.*

Adfero, adflo. *vid.* Aff.

Adfrico. adfricare ſe arbori, Col. 7, 5.

Adfrio, Varr. 1, 57.

Adhæreſcunt Perſica amygdalis, Pall. 12, 7. *h. e. inſita illis comprehendunt. Forte eundem intellectum habet* adhærentes, *ibid. paulo ante:* obruas diligentius adhærentes.

Adhiberi admiſſuræ, Col. 6, 27.

Adjaceo. adjacere foribus, Col. 1. Præf. adjacens complexibus feminæ, Col. 12, 1.

R U S T I C U M.

Adigere fiſſuram cuneo, Col. 5, 10. fiſſuram cuneum tedæ pineæ adigito *legi vult Urſin. Forte librarii culpa interceſſit; voluitque Urſinus* in fiſſuram. adigi oportet lactentes ad matres, Varr. 2, 5.

Adjicialis cœna, Varr. 3, 6. *dicebatur convivium, quod pontifices, augures, & alii ſacerdotes, in aditu honorum ſuorum populo dabant; quale deſcribit Macrobius 2, 9. præter quem conſulendi Baccius de conviviis 1, 2, & F. Urſinus ad Ciacconium de triclinio p. 175. Unde* aditiales *dicere mavult Grævius præf. T. XII. Ant. Rom. cui lectioni favet Coll. Ang. Politian. Sic & apud Plin. 10. ſ. 23. it. 29, 14. habent libri ſcripti pariter atque excuſi. Et hoc verius puto. Certe ἐτυμολογικώτερον eſt.*

Adjicio, *de medicamentis vel cibis, ut* addere, *etiam ubi de prima aut una adeo ſpecie ſermo eſt*, Col. 12, 3, 16, 21, 45, 54 & 56. Pall. 12, 22.

Adindito ſubſcudes, Cat. 18.

Adinvicem, *vid.* invicem.

in Aditu, Col. 9, 15.

Adjugare vites, Col. 4, 17. *Auctoritates aliæ in Fabriano theſauro allatæ.*

Adjutores, Cat. 21.

Adjutorio calami annecti debet, Pall. 4, 1. adjutoria ſenectutis, Col. 12. Præf.

Adjutrice data, Col. 12, 1.

Adjuvo. niſi ſtercus adjuverit, Pall. 3, 9. *add. c.* 18. & *vid.* Juvo. adjuvandas ſalices aquationibus, Pall. 3, 17.

Adlatrare locupletiſſimum quemque, Col. 1. Præf.

Admetiri vinum, *it.* admenſum vinum reſolvere, Cat. 148.

Adminiculo. adminiculari vinea ut debeat, Col. 4, 26.

Adminiculum viti contribuere, Col. 5, 8. adminicula fiſſilia, Col. 4, 33. hominum, Varr. 1, 17. amminiculum *ſcribunt omnes editi* Pall. 3, 24, 4, 9.

Adminiſtratio tempeſtiva harum rerum, Col. 11, 2. *h. e. peractio.*

Adminiſtro fœniſicium, Varr. 1, 17. inſitionem, Col. 11, 2. ſementem, Col. 2, 22. vindemiam, Col. 11, 2. *ubi eſt peragere. ſed* adminiſtratur mel in ſecundam menſam Varr. 3, 16.

Admiſces in ſextariis ſingulis, Pall. 6, 16. & 8, 7. admiſces *an futuri temporis?* Veg. 3, 22 & 28. *Vid. ſub* miſceo.

de Admiſſariis equis, Col. 6, 27. Pall. 4, 13. admiſſarius aſinus, Pall. 4, 14.

de Admiſſione (pecoris) videndum, Varr. 2, 1.

Admiſſuræ idonei boves, Col. 6, 24. equi, Col. 6, 27. admiſſuras facere, Varr. 2, 4.

Admiſſus, *a, um.* admiſſæ canes, Varr. 2, 9. *videtur enim h. l. legendum:* quæ tunc admiſſæ, *h. e. veris initio.*

Admiſſum faciunt equi, Veg. 4, 7. admiſſu ſolis territæ talpæ, Pall. 4, 9.

Admitto. quemadmodum admittant, Varr. 3, 9. *de gallinis.* admiſit ovibus arietes, Col. 7, 2. admittitur equæ, Col. 6, 37. Veneri, Col. 6, 37. admitti oportet vaccis tauros, Pall. 4, 11. *ſed ſi vera eſt V. L. quam profert Schœttg. ex MS. Vlit. ad Nemeſian. 114. admittuntur* tauris vaccæ. admittendi equabus admiſſarii, Pal. 4, 13. admittendis anſeribus tempus, Varr. 3, 10. *add.* Col. 8, 14.

Admixta aliqua re terra, Varr. 1, 9.

Admodum nimia ubertas, Col. 4, 21.

Admonere flagello, Col. 2, 2.

Admotus, Varr. 1, 13. *i. e. propinquus.* admota naribus ſpongia, Col. 6, 27.

Admovent caput utero, Col. 6, 30.

Admulcere illecebris ciborum, Pall. 4, 12.

Adnatæ ſunt proſpere apes, Varr. 3, 16. *h. e. ſobolem habuerunt.*

Adnexione aliqua conglutinare, Pall. 4, 10.

Adnixæ *vites* pedaminibus, Col. 5, 4.

Adnumerare æs, Varr. 2, 2. adnumeratur generoſiſſimis piſcibus, Col. 8, 16.

Adobruere arbores, Col. 11, 2. ſarculo, Col. 2, 11.

Adoleatur id igne, Col. 12, 31.

Adoleſcentulos vigentis ſenſus, Col. 11, 1.

Adoperiunt ova ſale, Col. 8, 6.

Adoperta reſolvit nexus ſuos fœta, Col. 10, 145. adoperta genas virgineas roſa, Col. 10, 261. *Sed forte utroque loco legendum* adaperta.

Adoptatis frugibus curvatur arbor, Col. 10, 39. *h. e. inſitis.*

Adoptione novæ prolis, Col. 9, 13.

Adoptivis arbor onuſta comis, Pall. 14, 20. *it.* 160. adoptivus pudor, Pall. 14, 144.

Adoreum far, Col. 11, 2. *hæc igitur vox intelligitur, cum ſimpliciter poſitum eſt* adoreum: *quod apparet etiam ex* Col. 2, 6. *ubi* quatuor generum *eſſe dicitur. Videtur autem illud*

cie, Pall. 11, 4. aduritur planta calore ftercoris, Pall. 2, 15. muftum, Col. 12, 19. aduruntur aromata in fundo fubfidentia, Col. 12, 20.

Adufus. donec Adufus eris omne cafeum, Cat. 76.

Adyta, Col. 1. Præf.

Æacii flores, Col. 10, 175. ex cruore cæfi Ajacis ftatim dicitur nata herba hyacinthus, *Plinius ait.* Æacidæ *legendum præclare vidit N. Heinfius ad Ovid. Met. 10, 215. Nimirum Telamonis pater fuit Æacus, filius Ajax.*

Ædificium in agro quomodo inftituendum, Pall. 1, 8.

Ædificare pifcinas, Varr. 3, 17. ædificandum quando? Cat. 3. quomodo? Col. 1, 4.

Ædificator ne fit agricola, Col. 1, 4.

Æditimus veteribus, qui poft æditùus, Varr. 1, 2. *conf.* Gell. 12, 10. *ex eodem Varrone.* æditumi libertus, Varr. 1, 69.

Æeta in Colchide aureum arietem habuit, Varr. 2, 1.

Ægeum pelagus a capris dictum, Varr. 2, 1.

Æger. ægri ut tractandi, Col. 11, 1. ægræ arbori remedium, Pall. 3, 25. viti, Pall. 4, 7.

non Ægre, Col. 9, 8. *h. e. impigre.*

Ægritudinis hujus peftilentia, Veg. 3, 23. ægritudine affectis agnis, Col. 7, 5.

Ægyptii quomodo explorent proventum futuri anni, Pall. 7, 9. Ægyptiæ gentis memorabilis auctor Bolus, Col. 7, 5. Ægyptiæ aves, Col. 8, 8.

Ægyptus fervens regio, Col. 3, 12. Ægypti folum, Col. 2, 2. bonitas, Col. 2, 12. feracitas, 3, 8.

in Æmilianis qui habitant, Varr. 3, 2. *vid. Urfin ad* Varr. 1, 2. *& Sueton. in Claudio c. 18.*

Æmulor, æmulari pomis recentibus, Pall. 4, 10. *pro* poma recentia.

Æmulus, æmula umbra, Col. 5, 6. *h. e. æque fpiffa, atque pampinorum in vitibus maritatis eft.*

Æoles Bœotii, Italiæ coloni, Varr. 3, 1 & 12.

nulla Æque quam prædictæ falfuræ pabula, Col. 8, 17.

Æquabiliter, Cat. 103. Varr. 3, 9.

Æqualiter æquabimus, Pall. 6, 11.

Æquilibrio undique ftabilita in fe requiefcit vitis, Col. Arb. 5.

Æquinoctialis oriens, Col. 1, 5. meridies, Col. 1, 6. *bis. Inaudita forte alias appellatio, rationi certe adverfa, cum* meridies, *ut Plinii in hoc ipfo argumento verbis utar,* femper

fit idem. *Nimirum ille & 18, 33 f. 76 & 77, ubi speculam quandam ventis explorandis, sive anemothericum construere docet, octo tantum plagas numerat, adjunctis ad* decumanum limitem (*h. e. lineam ab oriente æquinoctiali, ad eundem occidentem protensam*) *utrinque hinc hiberno hinc æstivo ortu vel occasu; quem deinde decumanum ad angulos rectos secat* cardo, *h. e. a septemtrione in meridiem procurrens linea. Et 2, 47 f. 46, ubi XII ventos enumerat, orientis quidem & occidentis hiberni, æstivi, itemque æquinoctialis mentionem facit; de meridie autem & septemtrione aliter loquitur. Vitruvius etiam 6, 7, ubi disputat, ad quas regiones cœli ædificiorum genera spectare debeant,* meridiem æquinoctialem *ignorat: itemque 1, 6, ubi dedita opera ventorum patrias & vias describit. Quin diserte Apulejus de mundo p. 62. ex Favorino*, Quatuor mundi plagas imparem numerum habere ventorum; eo quod ortus & occasus mutentur tertia vice cum solis accessu, Meridies & Arctos iisdem [semper] regionibus sunt notatæ. Ortus quippe accepimus Æquinoctialem, Solstitialem, Brumalem *&c. Quid ergo? an plane, & tribus quidem locis (taceo, quod & 8, 8 & 9, 5* hibernum *&* brumalem meridiem *commemorat) expungemus? vel ipsum Columellam imperitiæ postulabimus in re non obscura? Neutrum opus est. Scilicet analogia quadam & proportione usus* æquinoctialem meridiem *vocat ipsum cardinem, nusquam ad orientem neque ad occidentem declinantem: ut* oriens æquinoctialis *est ipse decumanus limes, nihil vel ad septemtrionem, vel ad meridiem inflexus.*

Æquinoctium primum, Col. 9, 14. æquinoctii auctumnalis dies, Col. 2, 8. æquinoctia quando fiant, Col. 9, 14.

Æquiparo. ut alimentum pomis succus æquiparet, *h. e. alimento sufficiat*, Pall. 3, 25.

Æquo. æquare stercora, Col. 2, 22. *h. l. idem est, quod supra c. 16. dixerat* dissipare, *Mist breiten. Schœttg.* æquavit votum felicitatis arbor, Pall. 8, 3.

Æquor maris, Col. 8, 17. Ennæum, Col. 10, 270. æquora dulcis humi, Col. 10, 87.

Æquoreus pater, Col. 10, 200. *Oceanus, cujus uxor Thetys.*

Æquus. æquo modo, Pall. 1, 6.

Æquas scalas reddere, Cat. 144. *h. e. æque bonas.*

Aer. aeris mutationes an statis diebus respondeant? Col. 11, 1. salubritas ut probetur, Pall. 1, 3.

Ærea acus *commendatur* Veg. 3, 4. *vid.* Cupr.

Ærugo æris, Col. 7, 5. Veg. 2, 22 & 4, 16.

Æs flatum, pecore notatum, Varr. 2, 1. æs ustum, Veg. 4, 28. æris exigui res, Col. 9, 16. æris flos, Veg. 4, 28. *h. e. chalcanthus.*

Æsculei asseres, Pall. 1, 9.

Æsculus ad quæ utilis, Pall. 12, 15.

Æstas quod initium, & quot dies habeat, Varr. 1, 28. Col. 11, 2. æstate quæ fiant opera, Varr. 1, 27.

Æstimator officiorum, Col. 11, 1.

Æstimare personam, cui præcipias, Pall. 1, 1.

Æstivaria piscium, Varr. 3, 17.

Æstivo. æstivant greges in montibus, Varr. 2, 2. æstivatum abiguntur greges, Varr. 2, 1. æstivans sol, Col. 11, 2. *h. e. in signis æstivis commorans.*

Æstivosis locis, Col. 5, 8.

Æstivus. æstivæ partes vitis, Col. Arb. 5.

Æstuabunda confectio, Pall. 11, 17.

Æstuantis mulæ curatio, Col. 6, 38. æstuantia vina, Pall. 11, 14.

Æstuosa caligo, Col. 11, 2. *mox* æstum nebulosum *vocat.* æstuosissimum animal sus, Col. 7, 10. Æstuosa *dicuntur animalia, quæ calore & æstu infestantur, sicut* alsiosa, *quæ frigore vexantur. Beroaldus.*

Æstus nebulosus, Col. 11, 2. æstuum calores, Col. 1, 5. æstibus alternis reciprocans, Pall. 12, 15.

Ætas media villicationi aptissima, Col. 11, 1. *h. e. quæ inter juvenem & senem est.* viridis, *vegeta*, Col. 1. Præf. vetus & novella, Col. 8, 9. ætatis indicia in equis, Col. 6, 29. ætatem anni complere, Pall. 12, 11.

de Æternitate mundi sententiæ, Varr. 2, 1. æternitati naturæ nulla tarditas afferre potest fastidium, Pall. 3, 25.

Æternam juventam sortita tellus, Col. 1. Præf.

Ævum pati, Col. 2, 10. *quod alii dicunt* ætatem ferre, *h. e. durare, non statim perire.* ævi longioris vitam sortitus est cervus, Col. 9, 1. ævo manet, Col. 11, 3.

Afer. Afra spongia, Veg. 2, 34. ex Afra pisa lomentum, Pall. 11, 14.

Affatim se replere, Col. 9, 13. paleas, Col. 3, 6. viridem frondem, pabulum, Col. 11, 2.

Affectionis comes industria, Veg. 1. Præf.

Affero. affert ager segetes lætas, Col. 2, 18. uvam vitis, Varr. 1, 8. afferunt plantæ fructum, Col. 11, 3. florem surculi, Col. 11, 2. vinum vites, Col. 3, 2. afferre den-

tes in dominum, *h. e. in pecus domini impetum facere*, Varr. 2, 9. plurimum, Col. 3, 10. afferendo æquavit arbor votum fertilitatis, Pall. 8, 3.

Affícta villæ ſepta, Varr. 3, 3. *Sic repoſuit Victorius e vetuſtis libris pro vulgata lectione* Affixa. *conf.* Varr. 3, 9. *it.* fictus *pro* fixus 3, 7. tabulæ fictæ. Deficta *habet etiam Mediceus liber* 3, 7. virgis fiſcatis defictis; *ubi vulgo legitur* defixis.

Affictitius ad villam actus, Varr. 3, 12.

Affinitas, pro *connexio*, Varr. 1, 16.

Afflatus. ut ab omni afflatu protegantur, Col. 11, 3. *h. e. vento.* Afflatum *pro* adſpiratione *ſ. litera* H. dixit Varr. 3, 1.

Afflicta ſenio aut tempeſtate arbor, Col. 5, 6.

Affligit herbas lupinus, Pall. 2, 9.

Afflo *vel* adflo. afflat fumus aſſiduus granaria, Pall. 7, 3. odor, Veg. 3, 4. afflante vicinia alienæ ægritudinis, Veg. 1. Præf. afflari a ſerpente peſtilens eſt, Col. 8, 5. *plura Rhodius Lex. Scribon.*

Affuſione medicaminis radices infundunt, Pall. 3, 28.

Africam *vocat* Varr. 2, 1. *quam modo* Libyem dixerat, Heſperidum patriam. Africa Numidia, Col. 1. Præf. Africæ bonitas, Col. 2, 12. feracitas, Col. 3, 8.

Africanæ gallinæ, Col. 8, 2. fici, Cat. 8. *it.* Varr. 1, 41. Col. 5, 10.

Afronitri, Veg. 3, 3 b. *h. e.* aphronitri.

Agallici uncia, Veg. 3, 24. utrum *agarici* an *anagallici?*

Ageladæ arte, Col. 10, 30.

Acta æſtate, Varr. 3, 16.

Ager emi pararique ut debeat, Cat. 1. Col. 1, 3. Pall. 1, 7. optimus quis, & quis huic proximus, Varr. 1, 4 & 7. Col. 1, 2. campeſter, collinus, montanus, Varr. 1, 6. cultus, ſilveſter, humidus, graminoſus, ſiccus, ſpurcus, Col. 1. Præf. frumentarius, Cat. 6. nebuloſus, frigidior, macrior, *ibid.* quibus locis conſerendus? *ibid.* & Pall. 1, 5. *inprimis* curandus, Cat. 6. Col. 1, 7. uti colendus? Cat. 61. quibus rebus? Varr. 1, 17. quando proſcindi poſſit? Pall. 2, 3. pinguis & herboſus quando proſcindatur? Pall. 6, 3. herbóſus & gelidus quando? Pall. 7, 3. incultus quando & quomodo aperiendus? Pall. 6, 3. ſilveſtris ut exſtirpandus, Pall. 8, 1. ut paſtinari ſoleat? Col. 3, 13. quibus temporibus ſtercorandus? Col. 2, 10. ſationi faciendæ ut expediendus? Col. 2, 11. ſeri quando incipiat? Pall. 10, 1. aqua per hiemem ne lædatur, Cat. 155. ut luſtrari

ſoleat, Cat. 141. quibus remediis curetur? Pall. 1, 35. agri genus ut ſapore exploretur, Col. Arb. 3. forma quotuplex, & quæ dimenſiones? Col. 5, 2. quot operis quiſque modus agri coli poſſit? Varr. 1, 18. Col. 2, 13. quot jugis? Varr. 1, 19.

Agger terreus quis bonus? Varr. 1, 14.

Aggerare cinerem, Col. 11, 3. aggerari debent circumfoſſæ arbores, Col. 11, 2.

Aggeſtio fluminum ſaturat valles, Pall. 2, 13. *h. e. limus a fluminibus invectus.* ex æſtu recipr. Pall. 12, 15.

Aggravatur ratio ruſtici, Col. 2, 4. longis itineribus imbecillitas, Col. 7, 5.

Agilis opera, Col. 11, 1. agile corpus ab aſpectu, Col. 6, 29.

Agilitas currentis aquæ, Pall. 1, 17.

Agitatio terræ, Col. 2, 2. agitationes agrorum, Col. 2, 1.

Agitator aſelli, Col. 7, 1.

Agito. agitare caput, & caudam crebrius agere, Col. 6, 6.

Agnati. ad agnatos & gentiles deducendus, Varr. 1, 2. Col. 1, 3.

Agnus. agnorum cura, Varr. 2, 2. Col. 7, 3. Pall. 12, 13. maturi charactere ſignantur, Pall. 2, 15. ægrotantes ut juventur? Col. 7, 5.

Ago. agit arbor coliculum, Col. 5, 9. folia ficus, Col. 5, 10. lupinus ſecundum, tertium florem, Col. 2, 16. mundus ver, Col. 10, 210. agere citatum & currentem per M. paſſus, Col. 6, 6. caudam crebrius, Col. 6, 6. agendum ut vitis non ſit ſpiſſa, Pall. 3, 13. nihil agendo male agere diſcunt homines, Col. 11, 1.

P. Agraſius, publicanus, *collocutor*, Varr. 1, 2.

Agreſtis. res agreſtis, *h. e. ruſtica*, Col. 11, 1. agreſte negotium, Col. 11, 1. agreſtium operum ſtudioſi, Col. 5, 1. agreſtis paſtinaca, Col. 9, 4. 6, 33. agreſtes columbæ, Varr. 2, 7. 3, 7. pavonum greges, Varr. 3, 6. mures ut profligentur, Pall. 1, 35.

Agreſtis (*an* Agroſtis?) herbæ radices, Col. 6, 31. *Puto gramen vulgare ſignificari,* agroſtin, *ἄγρωστιν dictum botanicis, quæ vox idem fere quod* agreſtis *notat, quam ἁμαξίτην etiam αἰγικὸν,* ſanguinalem, uniolam *dici notat Dodonæus; de qua Diſcor.* 4, 30. *appoſite ad h. l. ἡ ῥίζα καταπλαττομένη λεῖα τραύματα κολλᾷ.*

Ἀγρία σταφυλὴ, Col. 8, 5.

Albumentum ovi, Veg. 2, 57.

'Αλκὴ, *canis nomen*, Col, 7, 12.

Alea negotiationis, Col. 1, Præf. vitæ domini, Varr. 1, 4. aleam ſequi, Varr. 1, 18. vindemiatorum ſubire, Col. 3, 21.

Aleſcere, *h. e. creſcere*, Varr. 1, 2, & 44. *it.* 45. *ante Victor. pro* adoleſcere. aleſcendo roborari, Varr. 2, 4.

Aleum *quoties pro* allio *poſitum ſit in libris* Vegetii, *oſtendit Morgag.* 4, 37. *v. g.* 3, 43.

Alexandrinæ columbæ, Col. 8, 8. cucurbitæ, Col. 11, 3. Alexandrinum cuminum, Veg. 4, 28. Alexandrina lens Vegetii *videtur* Peluſiaca *aliis laudata*, *vel* Ægyptia. Alexandrinum nitrum, Veg. 2, 28.

Alexis ſpernat opes Corydonis, Col. 10, 298.

Alga marina ſuſpenditur in ficis arboribus, Pall. 4, 10. ad radices obruitur, *ibid.* algæ tæniolis involvuntur radices braſſicæ, Col. 11, 3. Pall. 3, 24. herbis veſtiuntur ſcopuli, Col. 8, 17. alga marina veſtire, Pall. 4, 10.

Algiana oleà, Col. 5, 8.

Algor obeſt prægnantibus, Varr. 2, 7.

Alibile *aut* θρεπτικὸν lac *active*, Varr. 2, 11. alibiliores fiunt pulli, *paſſive*, Varr. 3, 9.

Alica ut fiat, Pall. 7, 12. prima, Cat. 76. *Sunt enim tria ejus pro granorum magnitudine genera. Vid. Plin. 18, 29. it. Voſſ. Etymol. & præcipue Jo. Rhod. ad Scribon. c. 104. p. 172.*

Alicaſtrum *ea forma ab* alica *derivari putamus*, *qua a* ſiliqua ſiliquaſtrum. *Georg. Alex. Sed noſtri omnes cum ſcribant* halicaſtrum, *ibi quære.*

Alienatus morbus, Veg. 3, 23.

Alienigeni piſces, Col. 8, 16. alienigenos pullos, Pall. 1, 28. alienigenis fœtibus, Col. 8, 5. alienigena ſemina, Col. 3, 4.

Alieno, *pro* vendo, Varr. 2, 1.

Alienus odor opplet nares, Varr. 3, 4. aliena huic tempori ſatio, Col. 11, 2. omni labe pollutionis aqua, Pall. 9, 10. alienum exteræ regionis difficilius convaleſcit, Col. Arb. 1.

Alimentum, *de fimo*, Col. 2, 5 & 14. *vid.* Pabulum. alimento materno deſtitutus, Col. 3, 10. alimenta terreſtria, Col. 12. Præf.

Alimonium, Varr. 1, 8. 2, 1. 3, 16. ſeminum, Varr, 1, 44. in alimoniis pecus ſic contuendum, Varr. 2, 5.

Aliquantis diebus, *pro* aliquot, Pall. 1, 19. post aliquantos dies, P. D. S. *Sæpe ita* Vegetius *v. g.* 3, 4, 15 & 44. & *in altero opere* de re milit. v. g. 3, 22 *bis. it.* 3, 23 *&c. Sic &* Palladius 10, 5 aliquanto *dixit pro* paulo.

Aliquis. aliquod semen, *h. e. aliquantum seminis*, Col. 11, 3. aliqua V folia, Cat. 156. Varr. 1, 2. *Ita & alibi Cato in originibus apud Nonium locutus est.* Faciendum, *inquit*, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam &c. *& est elegans hoc loquendi genus, & scriptoribus classicis non infrequens. Apulejus Milesf. 2:* Quo placito ociter surrexit, & ad aliud me cubiculum induxit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus, manu revelat.

Aliter. cornibus nigris potius quam aliter, Varr. 1, 20. nisi aliter existimamus, *i. e. alia de causa*, Col. 1, 3. aliter, *i. e. alio remedio*, Pall. 1, 41. 4, 10. 12, 21 *&c.*

Alium, *pro* allium. *vid. Victor.* ad Cat. 132. *Pompon. ad* Col. 10, 112. *& ita fere semper* Vegetius Corbej. *unde & sæpe* aleum, oleum.

Alius ab alio separati, Col. 5, 6. aliusve quis ferus, Col. 9, 20. aliave quæ bestia, Varr. 3, 5 & 11. aliudve quid animal, Varr. 3, 7. aliam atque aliam emittit, Col. 9, 8. aliud melle, *h. e. diversum a melle*, Varr. 3, 6. alii Dei, *genit.* Varr. 1, 2.

Allecto. allectare sibilo, Col. 2, 3.

Allectores captivorum *turdi*, Col. 8, 10. *h. e. conciliatores consolatoresque, qui alliciant oblectentque captivos, mitigentque mæstitiam captivitatis. Beroaldus.*

Allecula. *vid.* halec.

Allevare plagam ferro, Col. 4, 24. *i. e. levem & planam reddere.* nodos & cicatrices, Col. 3, 15.

Alliccem impone articulis, Veg. 2, 49. *utrum* halecem, *an* alicam? Alicæ *favet* farina hordeacea, haleci *autem* sinapi. *Salsamentum detractis spinis ac pelle in ozæna commendat* Eumelus Hipp. 2. p. 113. Halecula *in simili remedio* Col. 6, 8.

Allidere. alliduntur, Col. 4, 20. *i. e. præterlabente humore rigantur.* allidere & elidere Veg. 1, 26. *videtur idem significare, quod equum dejicere curationis causa. cf.* Veg. 2, 17. allidi dominum (*ab agro suo*) *i. e. affligi*, Col. 1, 3.

Alligator vitis, Col. 4, 13, 17, 20, 26.

Alligatura insitionis, Col. Arb. 8, 3.

Allinire. alliniatur, Pall. 1, 41. 3, 33. *& alias: & in uni-*

versum linio *cum compositis ita saepe ex quarta conjugatione flexum invenias in nostris scriptoribus, ut solis librariis hoc tribuere, apud Palladium certe, non audeam. Vid.* Linio.

Allium ne fœteat, Pall. 12, 6. Punicum, ἀφροσκόροδον, Ulpicum, Col. 11, 3. allii satio & cultura, Pall. 2, 14. 12, 6. allia cum cepis, Col. 10, 314.

Allobroges qua pice ad condituras utantur, Col. 12, 23.

Allobrogicæ vites, Col. 3, 2.

Alluvies fluminum, Col. 3, 11.

Alnus ad quæ utilis, Pall. 12, 15. alnos indomitas, Col. 10, 250.

Aloe epatica, Pall. 11, 14. aloes optimi, Veg. 1, 14.

Alphius fœnerator, Col. 1, 7.

Alsiosum pecus caprile, Varr. 2, 3. *Glossarium* álsiosum *interpretatur* δύσριγος. *vid.* Æstuosus.

Alta novem pedum, Col. 8, 14. ternis pedibus, Pall. 1, 38. tribus pedibus, Pall. 2, 10. in altum descendere, Col. 11, 3. altissimi homines Germani, Col. 3, 8.

Alte duos digitos, Col. 5, 6.

Alter. post tricesimum & alterum diem, Col. 12, 41. alteræ parti, Col. 5, 11. alteræ alteræ, Varr. 2, 2. alteræ partes, Varr. 2, 1. altera altera non contingant, Col. 12, 45. de alteris quatuor, Varr. 1, 17. 2, 2. alteris vasis, Cat. 18.

Alternatæ qualitates, Col. 2, 2.

Alternemus vernaculas & Atinias, Col. 5, 6.

Alternis æstibus reciprocans, Pall. 12, 15. annis, Varr. 1, 44. Col. 2, 9. alternis dormiunt, Varr. 3, 16. sal ingeritur, Col. 12, 53. alterna tabulata olivarum & salis usque in summum componunt, Col. 12, 48.

Althea, ibiscus, Pall. 11, 14. e *simplici etiam* MS. Sylb. Gr. ἀλθαία.

Altiles boves, Varr. 2, 1.

Altinæ vaccæ, Col. 6, 24. *Legi vult Harduinus ad Plin. 8, 45. p. 274* Alpinæ. *Nam* inquit, *si ab* Altino *Italiæ oppido, de quo Plin. 3, 18, nomen hæ haberent, non* Altinæ *quidem, sed* Altinates *dicerentur, uti nominum ratio postulat, & ipse* Col. 7, 2 Altinates oves *commendat. Similia habet Bochardus Hieroz. 1, 2, 29. qui duo loca adducit ex Varrone & Gratio, quibus confirmatur terminatio* Altinas, *non* Altinus. *Schœttg.*

Altinates oves, Col. 7, 2.

Alveare. alvearium castratio, Pall. 11, 13. purgatio, Pall. 5, 8.

Alvearium, μελιττὼν, Varr. 3, 16. populi adjectione ut reparetur, Pall. 7, 8. alvearia quæ probentur, Col. 9, 6. quando & quomodo castrentur, Pall. 7, 7.

Alveati sulci, Cat. 43. *h. e. alvei formam habentes in summo latiores, lateribus inclinatis, ut fundus sit contractior.*

Alveolus, Col. 8, 5.

Alvei, *apum habitacula*, Col. 9, 2. ex fimo, lateribus, Col. 9, 6. collocandi ut sint, Col. 9, 7. alveorum cultores, Col. 9, 3. * Alveus, *supellex alia.* in alveo indere, Cat. 81. salire herbas, Col. 12, 9. alvei, Cat. 11. *quibus in* lintres *portantur collectæ uvæ. Turneb. 7, 23. Oblique concavos fuisse alveos inde intelligitur, quod* angulis expressis *opponuntur eorum flexus* Col. 4, 4. alveus ad hordeum ministrandum equis, Veg. 1, 56. in alveo aqua apponitur bovi, Veg. 3, 31.

Alumen crudum, Veg. 2, 63. rotundum, Veg. 2, 58. *habet etiam Scribon. comp. 30 &c.* scissum, tritum, Col. 6, 13.

Alumnum gregem, *de porculis*, Pall. 3, 26. alumnos educere, Col. 4, 27.

Aluns, *monstrum vocabuli, nescio qua irrepsit in Lexicon Reyhero - Junckerianum, adscripta significatione*, vis alens, *& laudato* Cat. 157. *Deportavit illud Cl. Facciolatus. Errori occasionem dedit* Cat. 157, si alvus non ibit.

Alvus superior ut dejiciatur (*vomitu*) Cat. 156 & 158. quali vino moveatur, Cat. 115. citatur, Col. 7, 9. cruda, Cat. 125. non consistens & cruda quo vino curetur, Cat. 126. alvus cruda *simpliciter* alvus *vocatur* Col. 6, 7. si alvus non ibit. Cat. 157. alvum bonam facere, Cat. 156. alvo materno, Col. 10, 146. *Antiquarium id esse ostendit Barth. ad Guil. Brito. 6, 560. Alii legunt* arvo, *quæ lectio Schoettgenio melior videtur, quia notum sit alvum maternum* arvum *etiam vocari a Lucretio & Virgilio. Igitur hanc vocem h. l. duplicem significationem habere posse, propriam, qua scil. flores in arvo materno s. matris suæ terræ consistunt, & metaphoricam, qua flores pullulare dicuntur ex arvo s. alvo matris suæ, h. e. terræ.* * Alvi apum unde dictæ, & qua materia fiant, Varr. 3, 16. *add.* Col. 9, 6. aperiendæ sunt, Col. 9, 14. castratæ, Col. 9, 15. 11, 2.

Amaracus odoratus, Col. 10, 296.

Amarantini flores, Col. 9, 4. *Sed* tamaricini *reponi vult Bodæus a Stapel. cf.* Amarantus.

Amarantus, Col. 9, 4. *Inter arbores h. l. recensetur, verum non est inter arbores, sed potius herbas, quapropter Bodæus a Stapel ad Theophr. hist. plant. 4, 7 ex veteri codice, qui habet* amaricus *substituit* tamarica *vel* tamariscus, *quæ inter arbusculas est, & cujus historia prolixe recensetur a viro laudato. Juvat & nonnihil Lips. qui habet* amaracus. *Schœttg.* Amaranti immortales, Col. 10, 175.

Amarescunt amygdala, si rodantur arbores a pecore, Pall. 2, 15.

Amarissimus morbus amaris potionibus solvendus, Veg. 1, 11.

Amati quæ vocatur herba, Veg. 3, 4. *vid. Morgagnus Ep. III, §. 22. qui pro* amati amati, *verbis in prima editione obelo confixis,* avia *reposuit ex* Col. 6, 14.

Amat frequenter effodi, Pall. 3, 24. putari & circumfodi, Pall. 4, 10.

Ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ, Col. 11, 1. *h. e. dilator, qui* ἀναβάλλει, *rejicit ac differt necessaria. Ex Hesiod.* ἔργ. 2, 31.

Ambrosios succos, Col. 10, 408.

Ambulacra in cella vinaria, Pall. 1, 18.

Ambulatio, Varr. 3, 5. *locus, ubi ambulatur, sicut* Gestatio *Cic. Att. 4, 9. ad Q. Fr. 3, 1. Plin. ep. 5, 6, 17. Schœttg.* ambulationes villaticæ, Col. 1, 6.

Ambulator ne sit villicus, Cat. 5. Col. 1, 8. *vocabantur autem* ambulatores, *circulatores & homines circumforanei. Sic Mart. lib. 1, epigr. 42. & ita infra Cato eod. cap.* si hoc faciet, minus libebit ambulare. *Meurs.* Ambulatrix ne sit villica, Cat. 143.

Ambulaturæ gratiam perdit equus, Veg. 2, 5. 4, 6. *Vid. Salmas. ad Capitol. Maxim. cap. 3. Est nimirum illud incessus genus, quod Galli hodieque vocant* l' Amble.

Ambulat feriata familia, Varr. 1, 16. ambulare composite, Col. 6, 2. ambulant naves, Cat. 1. *Ita* naves ire *dicuntur. Vid. Heins. ad Ovid. R. A. 488. Gellius 10, 26 hac auctoritate tuetur Sallustium, quem reprehenderat Pollio, quod* transgressos *dixerat, qui* transfretassent. Navibus peragrare litora *Justin. 12, 10. Barthius Adv. 73, 2. p. 1118 lentitudinem & suavem cursum ita indicari putat.*

Amelli frutices, Col. 9, 4. radix, Col. 9, 13. *Copiose describit Cerda ad Ge. 4, 271.*

Amerina mala, Col. 5, 10. salix, Col. 4, 30. *laudatu etiam Virgilio Georg. 1, 265. Add. Salmas. de homonym. c. 73. Schœttg.* corbulæ, Cat. 11.

Ames. in amitibus apparetur aucupium noctuæ, Pall. 10, 12. amites balternarum, Pall. 7, 2.

Amethystos vitis, Col. 3, 2. *Ita legendum. Nam* inerticula *uva cum a nostris ita nominetur, quia temulentiam sola non facit, merito a Græcis appellatur* amethystos, *h. e. sine ebrietate. Plinius eleganter inquit, quod nostri justius hanc uvam sobriam appellassent, quam inerticulam dicunt. Beroald.*

Amicitia. ex amicitia domini hospes, Col. 11, 1. *h. e. ex amicis.*

Amicus. amiciores jugo quam arboribus vites, Col. 3, 2. amicissimi apibus flores, Col. 9, 4. venti, Col. 1, 5.

Amictus gemmantis caudæ, Pall. 1, 28. *de pavone.*

Aminneum vinum, Cat. 6. *Ita libri veteres Catonis sine ulla varietate habent. sed* amineum *efferunt poëtæ omnes, & est in veteri inscriptione VINEAM VOBIS AUGUSTALES IDCIRCO DARI VOLO, QUÆ EST AMINEA. Ejus genera duo Cato memorat, Plinius quinque: quæ cum in diversis Italiæ regionibus provenirent, etiam dispari natura fuerunt. hinc Virgilius Aminea vina prædicat firmissima, Galenus aspera, Florentinus dulcia.* Popma. *Vix est, ut quis in concordiam redigat discrepantes doctorum virorum sententias, vel codicum adeo veterum varietatem. Nobis, postquam legimus, quæ ad Georg. 2, 97 dixere Pierius & la Cerda, ad Plin. 14, 2 s. 4 n. 1 Harduinus, ad Serenum Sammon. p. 204 Ro. Keuchenius, Heins. & Burm. ad Virg. Georg. 2, 97, inspectisque ipsis veterum locis, quæ illi laudarunt, ac præterea Geoponicis Græcis, usu venit, ut diceremus*, probe fecistis, multo sum quam ante incertior. *Hoc tamen apparet, non peccare, qui vel* Amminеum *legat cum Pierio*, Sunt etiam Ammineæ vites, *cui succenturiatur Ausonius epist. 18 ad Ursulum versu ult.* Solus qui Chium miscet & ammineum, *vel Sereni auctoritate* Aminæum, Succus Aminææ vitis cum pane medetur. *Si quis tamen alterutrum modo verum esse contendat, malim* Aminæum, *quod & Virgilius quibusdam scripsisse videtur*, Sunt & Aminææ vites &c. *In Sereno non ita facilis est mutatio. In Geoponicis nunc* ἀμιναῖον *video, nunc* ἀμίνιον. *Ex Galeno* ἀμιναίας σταφυλὰς *laudat Cerda. Apud Columellam fere* Amineæ *scriptum inveni & reliqui. Hæc de scriptione. non multo certiora de etymo. Prætеritis Servii, vel interpolatoris ejus nugis, illud*

maxime placet, quod Hesychius affert in ἀμιναῖος· ubi cum jussisset uno ν scribi vocem, subjungit, ἡ γὰρ πευκετία ἀμιναία λέγεται, quem locum Harduinus ad Plin. l. c. no. maj. 5 confert cum Macrobii Sat. 2, 16 (320) Uva Aminæa, scilicet a regione. nam Aminæi fuerunt, ubi nunc Falernum est. Salentum *vult restitui pro* Falerno, *quod Peucedani fuerint in Salentinis. ἐπέχω. Conf. Jo. Rhod. ad Scribon. comp. 64. p. 123. it. ad 257.* Aminneum minusculum & majusculum, Cat. 6 & 7. Varr. 1, 25. Amineæ vites quales & quot generum, Col. 3, 2. Pall. 3, 9. Amineæ vetustissimæ quæque vineæ, Col. 3, 9. vinum Amineum, Veg. 2, 22.

Amiterninus, *cognomen* P. Aufidii Pontiani, Varr. 2, 9. Amiterninis arvis, Col. 10, 422.

Ammoniacus sal, Col. 6, 17. *ejus usus in* maltha, Pall. 1, 41. Armoniacum *fere scribunt editt. Vegetii, sed ex Corbejensi restituimus* Ammon. * Ammoniacæ guttæ, Veg. 3, 68. *ita legi etiam vult Rhodius Lex. Scribon.* * Ammoniacum, *ferulæ liquor in Africa Cyrenaica frequentis, de qua multa Diosc. 3, 98. Itaque sic forte legendum pro* Armoniaco, Veg. 4, 14. *& reliquis locis, quæ laudamus in* Armeniacum.

Amnis altera, Varr. 3, 5. amne primo musti spumantis egesto, Pall. 11, 14. *h. e. fluxura.*

Amœnitate aliqua demerenda erit matrona, Col. 1, 4.

Amor nunc ad coitus properat, Col. 10, 197. *de vere.*

'Αμπελοέσσαν appellat Phrygiam Homerus, Varr. 1, 2. *i. e. multis vineis instructam. Locus exstat Iliad. Υ. 143. Eadem laus Phrygiæ occurrit apud Claudianum in Eutropium 2, 270.* Planities Cererique favet, densisque ligatur Vitibus, & glaucos fructus attollit olivæ. *Schættg.*

'Αμφίβια, Varr. 3, 10. Col. 8, 13.

Amphitrite Dea, Col. 10, 201.

Amphora defracto collo, Cat. 88.

Amphrysi nemus, Col. 10, 265. Amphrysus *fluvius Thessaliæ juxta lacum Bebeidem, ad quem Phœbus, ut ostendit Valerius Flaccus lib. 1, pavit armenta regis Admeti. Pompon.*

Amplexum genus, *pass.* Pall. Insit. 48.

Amplius. hoc amplius, Cat. 142. *Locutio frequens Catoni & ab aliis auctoribus etiam usurpata. Ejus vim & usum explicat Pomponius Jurisc. L. VII ad Sabinum.* Si pure tibi legavero, deinde postea scripsero ita, *Hoc amplius*, si navis ex Asia venerit, heres meus ei fundum dato; verius est,

eo verbo superiora repeti. Sicut dicimus L. Titius plebi quina millia dedit, *Hoc amplius*, Sejus viscerationem; quina millia quæque Sejum dedisse intelligamus. *Idem significat* hoc plus *Terent. Eun.* Vigilabis lassus, hoc plus facies: *id quod Græci πλέον ποιήσεις. Philemon τί δὲ πλέον ποιήσεις. οὐδέν. Cic Lib. 2. de Leg.* Jam cetera in duodecim, minuendi sunt sumtus lamentationesque funeris, translata de Solonis fere legibus. HOC PLUS NE FACITO, ROGOM ASCIA NE POLITO, *ita enim locus ille in vulgatis libris omnibus legitur: qui tamen mihi videtur corruptus ignoratione hujus antiquæ locutionis, atque ita restituendus:* Translata de Solonis fere legibus; hoc plus ROGOM ASCIA NE POLITO, *aperta sententia. Omnia sunt, inquit, translata de Solonis legibus, sed in XII hoc plus est*, ROGOM &c. *Popma.*

Ampullaceum corium, Col. 8, 2. *vel ex ampulla veteri coriacea sectum, (tales enim fuisse etiam Casaubonus docet ad Theophr. Charact. p. 169, non ex Græcis modo, sed ex Plauto etiam & Festo) vel certe ita inflexum, quasi ex ampulla vel bulla sectum esset.*

Amputare mergum, Col. 4, 15. scabiem, Col. 6, 32.

Amulum *s.* amylum uti fiat, Cat. 87. ad invicem amuli, Veg. 2, 7. *add.* 4, 8. *ubi scribitur* amylum.

Amurca quid esset? Varr. 1, 64. sincera, salsa, Col. 12, 50. insulsa, Col. 2, 9. *i. e.* quæ salem non habet, *ut noster infra cap. 15 & 20. h. e. cui sal non est admixtus. Schœttg.* ut condatur, Varr. 1, 61. ut servetur & promatur, Varr. 1, 64. inimicissima oleo, Col. 12, 50. *itaque* tollere eam caveat capulator, Cat. 66. ejus utilitas plerisque incognita est, Varr. 1, 55. varii ejus usus, Cat. 91. *add.* 101. *it.* 103. Varr. 1, 51. veteris amurcæ usus, Col. 2, 15. bubus salutaris est, Col. 6, 4. Veg. 3, 2. ad aream, Col. 2, 20. ad granaria, Varr. 1, 57. adversus pulices, Pall. 1, 35. spissæ adhærent mures, *ibid.* arboribus spargenda, Cat. 36. Pall. 3, 25. oleis *speciatim*, Col. 11, 2. Amurga *passim scribitur per G in MSS. Palatinis, teste Sylburgio, e Græco ἀμόργη.* Serv. ad Georg. 1, 94. Amurca per C scribitur & per G pronuntiatur, ut C. Gajus, Cn. Gnejus. *Schœttg.*

Amurcaria dolia, Cat. 10.

ad Amussim non est numerus, Varr. 2, 1.

Amygdaleos ramos, Pall. Insit. 157.

Amygdali satio & cultura, Pall. 2, 15. 3, 25. insitio, Pall. Insit. 149. amygdalo inseritur pirus, Pall. 3, 25.

amygdalæ arbores, Col. 9, 4. quando inferantur, Col. 11, 2. parum feraces ut medicandæ, Col. 5, 10. amygdalum, nucem, Col. 12, 55. amygdala qualia ferenda & quomodo, Pall. 2, 15. feracia ut fiant, Col. Arb. 25.

Amylum, *vid.* amul.

Amythaonius docuit quem plurima Chiron, Col. 10, 348. *Amythaon pater Melampodis medici: unde Amythaonius Melampus dictus. Hunc docuit Chiron filius Saturni & Philtriæ Oceani. Pompon. Virg. Georg. 3, 550:* Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.

An. ars an sit, an quid aliud, Varr. 1, 3. an universa, an aliqua, Col. 1, 1.

An *pro* ana *distributivo, Gr.* ἀνὰ, *sæpe apud Vegetium, e. g.* 3, 2. ana *est* 3, 65.

Anacollima (ἀνακόλλημα) *emplastrum quod divulsa conjungit*, Veg. 4, 22. e *in penultima poscit analogia; sed jotacissabant librarii, & ipse forte Vegetius. Describitur aliquod* anacollima Veg. 3, 18. 4, 23. oculo per paracentesin curato imponendum, Veg. 2, 17. ad sanguinem sistendum, Veg. 3, 10.

Anagallicum *apud* Vegetium *quid sit disputat Morgag. IV, 38. Adi* 1, 53. 2, 6. 2, 9. 3, 10. 3, 49. 3, 65. *conf.* Symphytum. 3, 67. 4, 8. 4, 9, 22. εὐώδης ἀναγαλλὶς βοτάνη Geop. 15, 1, p. 402. Diosc. 2, 209.

Anapleroticum, Veg. 2, 26.

Anates. de anatibus Varr. 3, 11. ut alantur, Col. 8, 15. conspectu suo intestinorum dolores, præsertim equini generis, sanant, Col. 6, 7. Veg. 3, 3. anatium stabula, Varr. 3, 5.

Anceps ad favonium spectet, *de nuce ferenda*, Col. 5, 10. & Arb. 22. anceps eventus, Col. 3, 6.

Anchusa, Veg. 3, 71.

Ancoras tollere, Varr. 3, 17. *h. e. discedere.* ancoræ ferreæ, Pall. 1, 40. *uncinos vocat Vitruvius.*

Andrachne humida, Col. 10, 376. *herba, quæ solet innasci montibus.* Portulacam *esse volunt. vid.* Plin. 13, 22. *Schættg.*

Andromeda, Col. 11, 2. *sidus.*

Anethi satio & cultus, Col. 11, 3. Pall. 3, 24. papaver *ei jungitur*, Col. 10, 314.

Aneurysma, Veg. 2, 30. *tumor mollis a sanguine ex arte-*

Animus. animi ingenium variat etiam in bobus, Col. 6, 1. animi lumen, Col. 1, Præf.

Anisi satio & cultura, Pall. 3, 24. 4, 9. anisum Ægyptium, Col. 12, 49 & 51.

Annalis cursus solis, Varr. 1, 27. annale tempus, *ib.*

Anniculus malleolus, Col. 4, 7. surculus, Pall. 4, 10. annicula ætas, Col. 7, 9. mula, Col. 6, 37. Pall. 4, 14. planta, Pall. 11, 12. vitis, Col. 4, 15. anniculum defrutum, Col. 12, 20. vinum, Varr. 1, 65. anniculi pulli, Varr. 2, 7. ramuli, Col. 5, 11. anniculæ nuces, Cat. 17.

Anniversarii vicini, Varr. 1, 16. *videntur annua mercede conducti.*

Annius Capra, Varr. 2, 1.

Annona regionis, Col. 3, 15. *latissime patet, & pro tota ratione accipitur, qua utile aliquid, aut secus videtur.* lactis, Col. 8, 17. macelli annonam excandefacere, incendere, Varr. 3, 2. *loquendi hanc rationem illustrat Turneb. 22, 33.* musti annonam expedire, Col. 3, 21. vini, Col. 3, 3. annonæ sterilitas, Col. 2, 10.

Annosa mater, Col. 6, 28.

Annotini ungues custodum, Col. 4, 24. annotinæ plantæ *pro* hornotinæ *MS. Pol.* Col. Arb. 30.

Annoto, quid, & cui, & quando datum, Col. 12, 3.

Annumeravimus sua cuique, Col. 12, 3. annumerantur agni duo pro una ove, Varr. 2, 2. *alias*, procedunt.

Annus quibus partibus constet, Varr. 1, 27. prospiciens, Varr. 1, 23. anni tempora e foliis cognosci possunt, Varr. 1, 46. anni quo tempore quæque fieri oporteat, Varr. 1, 28. Col. 11, 2. *Ita Palladii totum fere opus dispositum.* anni Romani princeps mensis Januarius, Col. 11, 2. in annum *intell. futurum*, Varr. 2, 2.

Ansatum vas, Col. 9, 15.

Anser. *de his* Varr. 3, 10. Col. 8, 13. Pall. 1, 30. Capitolii custodes, Col. 8, 13. ut alantur, Col. 8, 14. uti farciantur, Cat. 89.

Anserculis excusis, Col. 8, 14.

Ante annum, Col. Arb. 4 & 16. *pro* anno ante. ante diem IX Kalend. Nov. Col. 2, 8. ante quadragesimum vindemiæ diem, Col. 12, 18. ante quam extrahatur, prærumpitur, Col, 3, 18.

Antelucana lucubratio, Col. 11, 2. antelucanis temporibus, Varr. 1, 14. Col. 11, 2.

Antepagmenta, Cat. 14. *sunt valvarum ornamenta, quæ insculpi vel affigi hodieque solent, sive sint hominum formæ, sive belluarum, sive gentilia insignia, dicta ab* ante *&* pangendo, *non, ut Festus nugatur, ab* antis, *i. e. lateribus ostiorum. Sic* antefixa *dicebantur signa fictilia, vel ærea inaurata, quæ in fastigiis ædium ponebantur. Liv. lib. 34:* Antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes. *Sic Popma. Facciolati, cujus plura sunt in hos scriptores merita, explicationem dedimus ad Fabrum. Neque contemnenda Schœttgenii conjectura, qui pessulorum vel repagulorum genus antumat. Certe ad ipsam parietis firmitatem referri videntur eod. capite, & etymologia convenit planissime.*

Antes sitientes andrachne protegit, Col. 10, 376. antes *sulci sunt & in vineis, & in agris, & in hortis. Pompon. Ordines primos cujusque rei ex etymo significare videtur. Sed etiam de his est erudita Cl. Facciolati disputatio in Fabri thesaurum a nobis relata.*

Περὶ ἀντιπαθῶν liber Democriti, Col. 11, 3. *h. e.* de repugnantibus, *discordantibus dissidio quodam naturali, ac potentia. Plinius ex hac (ut conjectare licet) doctrina Democritica prodidit cuncta constare ex sympathia atque antipathia, hoc est, ex concordia rerum atque discordia. Nam ignes aquæ restinguunt: aquam sol devorat: luna parit: ferrum ad se trahit magnes, adamas dissidet cum magnete in tantum, ut juxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat atque auferat: at ipsum adamanta rumpit sanguis hircinus recens & calidus. Igitur Democritus per hanc antipathiam scripsit feminam menstrualem repugnare erucis vermiculis, ut decidant emoriantur que repente omnes: si ea solutis crinibus & nudo pede ter circumeat areolam, in qua erucæ olera infestant: super qua re Palladius sic refert:* Aliqui feminam menstrualem nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus contra erucas & cetera infestantia hortum faciunt circuire. *Beroald.*

Antiqua vitis, Pall. 12, 3. antiquæ apes & veteres, Col. 9, 11. antiqua canneta, Pall. 3, 23. rosaria, Col. 11, 2. Pall. 3, 21. * antiquus & Atticus *confunduntur in MSS. vid.* Atticus. * antiquissima fides pastoris, Col. 8, 4. pars, Col. 3, 21. antiquissimum sit considerare, Col. 3, 6. ei esse debet conservare &c. Col. 4, 20. est explorari parentem, Col. 6, 36. *sic.* 2, 9. 4, 29. 8, 7.

Antistites artium, *h. e. magistri*, Col. 11, 1. singulis dare,

qui obſervent & præcipiant, Col. 3, 21. *Plures auctoritates dabit Barthius 34, 6, p. 1554.*

Antiſto. antiſtat braſſica oleribus omnibus, Cat. 156. *Lucretium & Auſonium ita locutos oſtendit Barth. 34, 6, p. 1554.*

Apelles, Col. 1, Præf.

Apennini boves, Col. 6, 1.

Aper. de apris Varr. 3, 13. apri ſues feri, Varr. 2, 1.

Aperire agros, Pall. 6, 3. arboreos fœtus, Col. 10, 401. μῦθον de Actæone, Varr. 2, 9. *i. e. oſtendere, quæ ejus ſit ſignificatio.*

Apertio floris, Pall. 1, 6.

Aperturam ſi fecerit, Veg. 2, 48.

Apertus locus, Cat. 35 & 46. Pall. 1, 5. *eſt ſoli expoſitus.*

Apes, *vid.* Apis.

Aphronitrum, *vid.* Afron.

Aphroſcorodon, allium Punicum, ulpicum, Col. 11, 3.

Apiacos, Cat. 157. *braſſicæ ſpecies. Apud Plin. 19, 8,* Apianam *vocaſſe hanc Catonem, legitur.*

Apiana vitis, Col. 3, 2. uva, Col. 12, 39. Apianum vinum, Col. 12, 45.

Apiarium, *apum grex, examen,* Col. 9, 3.

Apiaria, μελισσῶνες, apum cubilia, Col. 8, 1. 9, 5. 9, 7 & 12.

Apiaſtrum, μέλινον, μελίφυλλον, μελισσόφυλλον, Varr. 3, 16. Col. 9, 8.

Apicæ oves Varr. 2, 2. *Feſtus:* apica dicitur ovis, quæ ventrem glabrum habet. *Plin. 8, 48:* Quibus venter nudus eſſet, apicas vocabant. *Scaliger, & qui poſt eum hunc locum attigere, a πεῖκος derivant.*

Apiciæ uvæ, Cat. 24. Varr. 1, 58.

Apicium vinum, Cat. 6, 7 & 24. Varr. 1, 25.

Apis grandior, Col. 9, 3. evadit, Col. 9, 12. De apibus Varr. 3, 16. Col. 9, 2 *ſq. ad finem libri.* Pall. 1, 37 — 39. quomodo e juvenco progenerentur, Col. 9, 14. Varr. 3, 16. mellifica loca ut indicent, Pall. 5, 8. adverſus hiemem ut muniendæ, Pall. 12, 8. ſilveſtres ut inveſtigentur & capiantur, Col. 9, 8. earum ſeditio & fuga ut noſci & compeſci poſſit, Pall. 7, 7. apum reges qua forma, Col. 9, 10 & 11. Pall. 7, 7. apum morbi & remedia, Col. 9, 13. Pall. 4, 15. *Genitivus pluralis indifferenter* apum *habet &* apium. *v. c.* de originibus apum, Col. 9, 2. ceterarum

apum, Col. 9, 14. apium caufa, Varr. 3, 16. natura, Col. 9, 9 &c.

Apium. ejus fatio & cultura, Col. 11, 3. Pall. 5, 3. genera tria, Pall. 5, 3. apio fafces cingere, Col. 10, 371. apios majores & crifpos ut facias, Pall. 5, 3. *fic* apium viridem, Veg. 2, 11. *pro* viride. appium *fæpe pro* apio Veg. e. g. 1, 56.

Ἀποκατάστασις, Col. 3, 6. *Converfio five reftitutio folis, quam nofter quadriennem ftatuit, quæ etiam a quibufdam Eudoxi τετραετηρὶς exiftimatur. Alias illa revolutio five periodus anni magni, quo fol ad centrum fuum revertitur, ftatuitur contingere poft annos 532. Vid. quæ docent Jof. Scaliger epift. 3. Salmaf. ad Solinum c. 33. p. 390. Harduinus ad Plin. 10, 2. Schœttg. Nimirum ipfa eft hæc Juliani anni 365 diebus 6 horis definiti ratio, ubi quatuor annis adjicitur dies unus, qui funt ipfi dies 1461. Sed quid ea ἀποκατάστασις, fatis illa quidem imperfecta, ad fœcunditatem ftirpium conferat, difficile fane eft ad intelligendum, & mirum fi non plane falfum.*

Apocimatis libra, Veg. 2, 54. *eadem eft* apoxima 3, 28. 4, 14. *Sed verum eft*

Apochyma Diofc. 1, 98. *ubi de Zopiffa dicit* καλουμένην ὑπ' ἐνίων ἀπόχυμα, οὖσαν διαχυτικὴν (diffipandi vim habentem) διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι. *Dixerat* ξυομένην ῥητίνην. *Itaque forte non malum* Apoxyma. *Quoties* χ *Græcorum & x Latinum confufa fint, conftat. Ceterum* Apocimam, *vel utcunque legere verum fit, utroque genere ponit Vegetius, ut malagma.*

Ἀποδυτήριον, Varr. 2, Præf. *locus, ubi in balnea, vel palæftram ingreffuri, veftes deponebant. Plin. ep. 5, 6, 25:* Inde apodyterium balinei laxum & hilare. *Vid. Greenium de rufticatione & villis vet. 2, 7. p. 281. Latini vocant* Spoliarium. *Gloffæ Græcolatinæ apud Barthium 47, 19* Ἀποδυτήριον, fpoliarium. *Gloffæ Ifidori:* Spoliaria exteriores balneorum cellulæ. *Infcriptio apud Gruterum p. 489, 12:* ETIAM. GLADIATORIUM. ET. SPOLIAR. SOLO. EMPTO. SUA. PECUNIA. EXSTRUCTUM. PUBLICE. OPTULERIT. *Confer Lipfium Saturnal. 1, 18. P. Fabrum Semeft. 2, 11.* Spoliare *enim &* exfpoliare *eft veftes exuere, qua notione occurrit apud Abdiam Babylonium 3, 40. & in Actis S. Martinæ c. 19 apud Bollandum Tom. 1. Jan. p. 19. Schœttg.*

Ἀπόκρουσις, Col. 2, 10. *initium decrefcendi in luna, quod*

fit, cum radios solis e diametro oppositi transcurrit, ut jam non præcedat solem, sed sequatur.

Apollonium bitumen, *vid.* bitumen.

Apostema, Veg. 3, 4.

Apostolicum medicamentum. *Sic legitur etiam pro* anaplæroticum, Veg. 2, 26. *Sambucus in margine: Forte pro* catastolico; *ubi vid.*

Apothecæ villaticæ, Col. 1, 6.

Apoxima, *vid.* Apocima.

Apparent Vergiliæ totæ, taurus totus, Col. 11, 2. opus non apparet domino, Cat. 2. *h. e. non constat ratio, non satis operis factum videtur domino pro operarum, i. e. hominum opus facientium, ac dierum numero.*

Apparitor Appii, Varr. 3, 7.

Appellatione blanda mulcere, Pall. 4, 12.

Appellare. non appellando optima nomina fiunt mala, Col. 1, 7. *Significanter & proprie locutus est. Nam* appellare *dicitur creditor debitorem: cum ab eo reposcit quod debetur. Quinctil.* Pauper eras & a creditoribus appellabaris. *Item* non debui tibi pecuniam, nunquam me appellasti. *M. Tull. in oratione pro Quintio:* Eum tum impudenter appellare nolebas. *Ne multis agam, sic loquuntur qui pure, munditer Latine loquuntur. Beroald.*

Appellere oves ad bibendum, Varr. 2, 2.

Appendix. adjicitur, Varr. 3, 9. appendices fundi, Varr. 1, 16.

Appetit stercorari origanum, Pall. 10, 13. *Lugd.* amplectitur, *probante Gronovio Obs. 2, 16. Sic Ammianus Lib. XVII:* offerre obsides, quietis vincula conservandæ, gratanter amplexi sunt. * appetit ver, Cat. 94. *h. e. advenit.*

Appiosus equus describitur, Veg. 2, 2, 9 & 10. *Cum* opiosus *etiam sit in libris antiquis & somnolentum sit hoc genus, ab opio forte ita vocari divinabat excellentissimus Medicus Platnerus, quem aliquoties honoris & officii causa nomino.*

Appius, *collocutor*, pauper & parcus in adolescentia, Varr, 3, 16.

Appius Claudius augur, Varr. 3, 2.

Applicatus ad eam ramus, Col. 5, 6. applicato adminiculo, Col. 4, 6. applicata trunco, Col. 5, 6. applicitus trunco palus, Col. 4, 22. applicatis auribus equus, Varr. 2, 7. *Col.* brevibus auriculis & adrectis. *Pallad.* aures breves & argutæ. *Apsyrtus:* προσεσταλμένα, *quæ sunt arrecta.*

Applicatæ ergo sunt adeo, ut quasi ad reliquam cutem applicatæ videantur. Schœttg. Melius cum Needhamo legitur προσεσταλμένα, *quod est ipsum* applicatæ. *Quod ipsum etiam in feminarum pulchritudine censetur, si aures suo ingenio applicent se ad caput.*

Applico. si applicueris vitem, Col. 5, 6. applicatur huic officio, Col. 3, 10. applicandæ propagines palis, Col. 4, 17.

Appositus ad vitem locus, Varr. 1, 7. ad fœnum, Varr. 1, 23. equus ad medendum, Varr. 2, 7. appositissimæ sunt ad pariendum gallinæ, Varr. 3, 9.

Apprehendet libido, Cat. 156. apprehendit morbus animal, Veg. 3, 2.

Approbavi, *h. e. experimentis didici*, Pall. 2, 13. locus approbatur, *ibid.* approbatum sit, Veg. 3, 2.

ad Apricationem exire, Col. 8, 8.

Apricitas diei, Col. 7, 4. 8, 15.

Apricus. apricioribus locis, Col. 11, 3. apricissimo die, Col. 9, 14.

Aprilis mensis descriptio & opera, Col. 11, 2. Pall. 4, 15.

in Apulia loca calidiora, Varr. 1, 6. inde æstivatum in Samnium abiguntur greges, Varr. 2, 1. hic hibernant oves, Varr. 2, 2. granaria hic sublimia, Varr. 1, 57. pecuariæ oviariæ, Varr. 2, Præf. Apuliæ segetes, Varr. 1, 29. maritima, Col. 11, 3.

Apulus ager, Col. 3, 8. Apuli pecuarii, Varr. 3, 17. Apulæ oves, Col. 7, 2.

Aptati publicis sacrificiis fastus, Col. 9, 14.

Aptum melius jugum, Col. 2, 2.

Apud te, *h. e. domi tuæ*, Varr. 3, 2.

Apyrenus *vel* Apyrinus fructus mali Punici, Col. 5, 10. *Harduin. ad Plin. 13, 34 utramque scribendi rationem probat, quia* πυρὴν *&* πυρίνη nucleus, acinus, *Græce dicitur. Sen. ep. 85:* Apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Apyrenum Punicum, Col. Arb. 23. *Laudat Beroaldus epigramma Martialis:* Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis, De Nomentanis sed damus arboribus.

de Aqua villæ Col. 1, 5. vestigari ut possit, Pall. 9, 8. nova ut probetur, Pall. 9, 10. *it.* 1, 4. limosa ut corrigatur, Pall. 9, 9. duci quot modis soleat, Pall. 9, 11. de agro per hiemem depellenda, Cat. 155. cœlestis s. pluvialis, Col. 12, 6. 9, 20. ad bibendum omnibus antefertur, Pall.

1, 17. aquæ calidæ potus in nausea, Col. 7, 10. aqua candens, Col. 6, 5. 12, 53. marina ut concinnetur, Cat. 106. Col. 11, 2. mulsa ut fiat, Col. 12, 11. salsa quomodo vinis adhibeatur, Col. 12, 21 & 25.

Aqualiculus, venter equi, Veg. 1, 40.

Aquarius. aquarii sulci, Col. 2, 8. 11, 2. Pall. 10, 3. aquaria vasa, Cat. 11. aquarium, Cat. 1.

Aquaticæ aves, Pall. 1, 31.

Aquatilis silva, Col. 7, 9. aquatile genus, Varr. 3, 3.

Aquatilia, ium, *morbus jumentorum*, Veg. 1, 25. *suntne ea, quæ vocantur* hydatides? *in lemmate* ozænæ *vocantur.*

Aquationibus juvandæ salices, Pall. 3, 17. *coll.* 19. aquationes mutare, Col. 7, 5.

Aquatus humor, Pall. 4, 1. *h. e. aquosus, dilutus.* aquata nimis mulsa *MS.* Pall. 2, 15. *pro* mulsa aqua ita ut ne nimis. Aquati fructus, Pall. 1, 6. *multa dabit Jo. Rhodius Lexico Scribon.*

Aquifolii vectes, Cat. 31. *legebatur ante Victorium.* Aquifolia ilex *Plinii*, *si Salmasio fides ad Solin. c. 23. p. 190. a, D. est Theophrasti* πρῖνος ὀξύφυλλος: *estque* aquifolia *quasi* acuifolia *ab acuendo. Sed in neutro* aquifolium *Plinio est* ὀξυάκανθοι *Theophrasti, in quo quidem errare illum dicit. Itaque p. 582. b, D. apud Catonem etiam pro* acrufolium *vel* acrifolium *legendum putat* acuifol. *idque vitium p. 675. b, B. ita ait antiquum esse, ut inde etiam Italorum* agrifolio *nomen habeat, quæ Gallice* houx *vocetur, voce cognata* ilici, *Ital.* elce. *Ceterum potest fieri, ut* ἀκρόφυλλον *cogitarent, qui* acrufolium *primi fecere.*

Aquila occidit, Col. 11, 2. ejus ortus, Col. 2, 10. 11, 2. *bis.*

Aquilonius piscis, Col. 11, 2.

Aquor. aquantur apes frequentes, Pall. 5, 8.

Aquosus & uliginosus locus quid distent, Varr. 1, 6.

Ar *pro* ad *in compositis. vid.* Arveho.

Arabia pretiosis odoribus illustris, Col. 3, 8.

Araneus mus, μυγαλῆ, Col. 6, 17. araneum si comederit in pabulo jumentum, Veg. 3, 80.

Arationis iteratio, Col. 11, 2.

Arator qualis esse debeat, Col. 1, 9.

Aratra simplicia & aurita, Pall. 1, 43. minora, Col. 2, 2. aratris minimis proscindunt, Col. 2, 11. *de aratri partibus locus classicus est Varr. L. L. 4, 31. p. 33.*

bustivæ vites quæ, Col. Arb. 4. ut ferantur, Col 4, 1. ut colendæ, Col. Arb. 16. Pall. 3, 10. ut putandæ, Pall. 3, 13.

Arbutum inter primos cibos mortalium, Varr. 2, 1.

Arbutus arbor, Col. 7, 9. arbuti baccæ, Col. 8, 10. Arbutus *arbor Græce κόμαρος, cujus folia hædis grata esse docet Virgilius Ecl. 3, 82:* Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis. *Fructus ejus dicitur* arbutum, *neutro genere, quamvis etiam feminino semel utatur Horatius, alias* unedo, *quia non plus quam unum pomum comedere prodest, Græcis μιμαίκυλον. Hæc ita distincte proponere voluimus, quia confuse admodum tractat Plinius H. N. 15, 24. quo nomine & a Dalechampio, & Salmasio ad Solinum c. 46, p. 674, item de homonymis hyles iatricæ c. 5 refellitur. Confer etiam J. B. Portam Villæ 3, 14. Schættg.*

Arca vestiaria, Cat. 11. arcam domini exhaurit ea res, Col. 3, 3. complent columbæ pretiis pullorum, Col. 8, 8.

Arcades solum mutarunt, Col. 1, 3.

Arcadici asini nobiles, Varr. 2, 1.

Arcanius, Col. 3, 2.

Arcelaca major, vitis, Col. 3, 2 & 7. *al.* arelata. *Sed rectius* arcelaca. *Plane fallitur Ge. Alexandrinus, qui de* Arelate *urbe hic somniavit.*

Arcellæ vites, Col. 3, 21. *sed* arcelacæ *etiam hic malit Ponted.*

Arcessere boves ex longinquo, Col. 6, 2. arcessita humus, Col. 2, 16. *Hac auctoritate etiam alias contra libros scripsi* arcess. *pro* accers. *e. g.* Col. 3, 15.

Archetypon inventoris, Varr. 3, 5.

Architectus piscinam facit, Varr. 3, 17. architecti professio, Col. 5, 1.

Arctata densius quæ protulerit cerasus, putanda, Pall. 11, 12.

Arcto. arctare flores canistris, Col. 10, 277. *Sic malim pro vulg.* aptare. *R & P frequentissime, ob figuram cognatam, miscentur.* foramini taleam, Pall. 11, 8. transversos fustes, Col. 12, 43. transversis surculis, Col. 12, 45. *de spissamento. vid.* Artio.

Arcturus oritur, Col. 9, 14. occidit, Col. 11, 2. Arcturi sub sidere, Col. 10, 413. Arcturo exoriente, Col. 2, 10.

Arctus. ad arctum, Veg. 2, 26. arctior spes, Col. 1, 5.

Arcuato pecori remedium, Col. 7, 5. *h. e. laboranti icterico morbo.* Arquatum *morbum veteres dixere, qui alio nomine*

regius *vocatur*, *eo quod* arquus *cœlestis ei concolor sit de virore: Græci* ἰκτερὸν *vocant*, *& vulgo* ictericam. *Icterici homines fiunt aureoli coloris*, *& lutei*, *unde &* auriginem *appellant. Cornelius Celsus*: Æque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant, quem Hippocrates ait, si post septimum diem febricitante ægro supervenit, tutum esse mollibus tantummodo præcordiis substantibus. Diocles ex toto, si post febrem oritur, etiam prodesse: si post hunc febris, occidere. Color autem eum morbum detegit maxime oculorum, in quibus quod album esse debet, fit luteum. *Cur autem* regius *morbus dicatur*, *docet Quintus Serenus*, *scribens*: Regius a vero signatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celsa curatur in aula. *Consimiliter Celsus tradit* utendum esse in hoc morbo frigidis natationibus, lecto etiam & conclavi cultiore, clauso loco, ludis, lascivia: per quæ mens exhilaretur, ob quæ regius, *inquit*, morbus dictus videtur. *Plinius memorat*, icteron *avem vocari a colore*: quæ si spectetur, sanari id malum, & avem mori. *Est & gemma nomine* icterias, *lucido colori similis*, *ideoque existimata salubris contra regios morbos. Beroald.*

Arculæ fagineæ, Col. 12, 45.

Arcus dimensio, Col. 5, 2. arcus propaginis, Col. 4, 29. arcu sidereo fulget, Col. 10, 292.

Ardeæ in publico scriptum, Varr. 2, 11.

Ardeatinus ager, Col. 3, 9.

Ardebat cura, Varr. 3, 17. *Mediæ vetustatis liber*: In Bajano autem ardis tanta. *alii*: In Bajano aut ardis. *Cum igitur Mss. tam diversi sint*, *vereor*, *ne quod hic mendum lateat. Victor. Insusitatus est modus loquendi hac in parte*, *& cælo Latino inauditus*, *quo utitur Varro. Sed non puto Varronianum esse*, tanta arsit cura. *Immo*, *cum veteres codices hic varient*, *puto reconcinnandum. Lego*: In Bajano autem arsit tantu, ut architecto &c. Tantu ut, *pro* tantum ut, *quemadmodum supra*: Secunda eas, *&* datu iri, *& talia. Scalig. Locus interpolatus*, *qui in nonnullis libris antiquis ita legitur*: In Bajana autardis tanta ut; *ex quibus vestigiis legi posset*, in Bajano haud par, sed tanta ut. *Non par*, *inquit*, *illi piscinarum cura fuit in Bajano*, *sed major*, *& quidem tanta ut. Mox infra* eundo suam domum; *fortassis legendum*, endo suam domum, *ut sit integrum illud Ennii*, endo suam domum, *quod observant Grammatici*, *pro* in suam domum. *Popma. Salmasius ad Solinum c. 23. p. 189 ita legit*: In Bajano autem tanta ardes;

ut architecto permiserit, velut &c. *Vulgo editur*, in Bajano tanta ardebat cura. *Sed quæ a nobis reposita est, innititur veteris scripturæ auctoritati, quam ab hac lectione haud longe abesse eruditissimi viri testimonio scimus.* *Accius apud Nonium:* Arde fœta lampade, *i. e.* ardoris plena. *Ipse male legit* ardefœta, *unica voce. Sic* loca fœta furentibus austris *apud poetam.* Ardes, *ut* tabes, labes *& similia. Hæc Salmasius. Schœttg.* arduerunt arbores attactæ, Inscr. Fr. arval. p. 127.

Ardor Sirius, Col. 10, 289. *Prudent. de Epiph.* Et si quod astrum Sirio Fervet vapore. *Buchnerus.* ardore primo fervebit mustum, Pall. 11, 9.

Arduitas montium, Varr. 2, 10.

Arduus clivis, Varr. 1, 18.

Areæ omnis modus ut comprehendi possit, Col. 5, 1. *h. e.* superficiei, *ut loquuntur geometræ.* area villæ, Col. 1, 6. area granis terendis, Cat. 91 & 129. Varr. 1, 51. Col. 2, 20. Pall. 1, 36. 7, 1. conferenda deinde rapis, Col. 11, 3. areæ hortorum, Pall. 1, 34. *cf.* Col. 11, 3. *qui locus hunc interpretatur, ut legitur in antiquis editionibus,* sic divisas *vult* areas propter spatia utrinque purganda, *quia in semita consistens operá ultra tres pedes vix porrigere manus potest, sine periculo incidendi in sata.*

Arelata vitis, *vid.* Arcelaca.

Arenæ genera, Pall. 1, 10.

Arenariæ, s. fodinæ, Varr. 1, 2.

Arenato calce, Cat. 18. *De hac ratione pavimenti conf. Salmas. ad Solin. c. 28. p. 268 seq. it. c. 56, p. 867 seq. Ex instituto hanc partem ædificandi tractant Vitruv. 7, 1. Plin. 36, 60 seq. itemque Pall. 6, 11. Ceterum ex h. l. corrigas errorem quorundam Lexicorum, quæ* calcém *pro lapide tantum feminini generis esse volunt: de quo jam dubitabat Vossius de anal. 1, 34, cujus hinc sententia confirmatur.*

Areo. arentes culmi, Col. 2, 21.

Areolas horti, Col. 10, 362. in areolas differere semina, Col. 11, 2.

Arepennis, Col. 5, 1. *Gall. arpent.*

Arfacere, *pro* arefacere, Cat. 69. *it.* 125 & 157.

Argeritis lapis, Veg. 1, 20. 4, 12. *Leg.* argyrites.

Argilla, creta figularis, Col. 3, 11. Pall. 1, 34.

Argillosa terra commodior, quam argilla sola, Pall. 2, 13.

Argitis vitis, Col. 3, 2. *De hac ait poeta:* Argitisque minor, cui non certaverit ulla Aut tantum fluere, aut totidem

durare per annos. *Videtur* Argitis *nuncupari a candore, ἀργὸς enim albus dicitur. Beroald.*

Argo navis, *sidus*, Col. 11, 2.

Argonautæ, Varr. 2, 1.

Argos ἵππιον, Varr. 2, 1. *Hoc oppidum Italiæ esse, non Græciæ, docet Plinius lib. III:* Argos Hippium Diomede condente, mox Argyripam dictum. *De quo celeberrimus vates canit:* Vidimus, o cives, Diomedem, Argivaque castra, Atque iter emensi casus superavimus omnes, Contigimusque manus, qua concidit Ilia tellus. Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris. *Quare scriberem:* Ut oppidum in magna Græcia. *Ponted.* πολύπυρον, Varr. 1, 2. *vid.* πολύπυρον.

Argutia famulorum, Pall. Insit. Præf.

Arguto gramine fontes, Col. 10, 284. arguti boves, Pall. 4, 11. sapores, Pall. 3, 25. 4, 10. argutæ valles, ἠχοὶ, Col. 9, 5. arguta corpora, Pall. 4, 13.

Argyrites lapis, *vid.* argeritis.

Aricia porri mater, Col. 10, 139. *Martial. 13, 19:* Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros, In niveo virides stipite cerne comas. *Laudat etiam Plin. 19, 33.*

Ariditas fimi, *h. e. fimus aridus*, Pall. 3, 4. rasariorum reciditur, Pall. 3, 21. *i. e. sarmenta arida.*

Aridus morbus f. malleus, Veg. 1, 4 & 11. *vid.* siccus.

Aries aureus, Varr. 2, 1. petulcus & pugnax uti mitigetur, Col. 7, 3. arietes qui probentur? Col. 7, 3. *add.* Varr. 2, 1 & 13. qui cujus coloris agnos generent, Col. 7, 2. Pall. 8, 4. quales & quando admittendi, Pall. 8, 4. silvestres & feri, Col. 7, 2. tenuioris velleris, Col. 7, 2. arietum admissura prima, Pall. 5, 7.

Arietinum cicer, Col. 2, 10. *eo quod arietino capiti simile sit, ut vult Plinius 18, 12. Schœttg. An* arietillum? *Hoc certe invenit Nic. Heinsius in Cod. Paris. ut testatur epistola ad Munkerum Syll. Burm. T. 5, p. 381. Add. Burman. ad Petronium c. 35, p. 145.* arietina cornua circa fici radices obruta, Pall. 4, 10.

cis Ariminum, Varr. 1, 2.

Arista, quæ ut acus tenuis longa eminet e gluma, Varr. 1, 48.

Aristolochia, Veg. 1, 17. rotunda, 3, 23. *apud Vegetium semper fere scribitur* aristologia.

Aritudine perire, Varr. 1, 12.

Armamentis instructa navigia, Col. 4, 3.

Armarium promtuarium, Cat. 11. *Sic* cella promtuaria, *& videtur illa ratio, ubi substantive ponitur* promtuarium, *aliquanto recentior.* Armarium *vero non est cella promtuaria, ut Turnebus putat, sed ligneum repositorium, in quo obsignato reconduntur & asservantur necessaria ad usum familiæ, ut cibaria, indusia, nummi. Cic. pro Cœlio*, Tunc aurum ex armario promere ausa es? *Plaut. Captiv.* Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium. *Idem Epidic.* Quin ex occluso atque obsignato armario Excutio argenti tantum. *Popma.*

Armatus cornibus aries, Col. 7, 3.

Armenia, *int.* terra, Veg. 4, 28.

Armeniacus sal, Veg. 3, 4. *vulg.* Armoniacus *vel potius* Ammon. *Sed esse tamen* Armenium *etiam salem, docet Salmas. ad Solin. p. 811. b, C.* Armeniacæ arbores, Col. 11, 2. *Harum sunt* Armenia poma *vel* Armeniaca, *quibus* stipantur calathi, Col. 10, 404. *Hæc eadem esse* præcoqua, *vulgo* Abricots, *Abricosen, fere convenit.*

Armenium pigmentum *in luxu villarum commemoratum* Varr. 3, 2. *Inter pretiosos colores etiam ponit Vitruv.* 7, 5. *Salmas. l. c.*

Armeniorum mos in equis tondendis, Veg. 1, 56.

Armentarius, Varr. 2, 5. *int.* pastor.

Armenticium pecus, Varr. 2, 5. armenticii greges, Varr. 2, 10.

Armentum equinum, Col. 1, Præf. *de vaccis*, 6, 27. armenta boum, Pall. 4, 11. asinorum, Col. 7, 1. armenta alibi alia statura, Col. 3, 8. qualia emenda, Varr. 2, 5.

Armillæ cuparum, Cat. 21.

Armoneacea, *vid.* armoracea.

Armoniacus sal, *vid.* Ammoniacus.

Armoniacum *etiam positum forte pro* Armeniaco.

Armoracea, raphanus agrestis, Col. 9, 4. Pall. 4, 9. 11, 11. ejus succus remedio est contra ictus serpentium, Col. 6, 17. Veg. 3, 4. *ubi scribunt* armoneacea. Armoraciorum cyma ut condiatur, Col. 12, 9. *Feminino genere* armoracia *est* Plin. 19, 5 *&* 20, 4. *Neutro genere in glossariis*, Armoracia ῥαφανίδες. e *vero pro* i *habet & Palladii MS. codex. Sylb.*

Armos si convellit bos, Col. 6, 16. *conf.* Veg. 3, 4.

Aro. arare quando & quomodo conveniat, Col. 2, 4. Pall. 2, 3.

Aromata, Col. 12, 20.

in Arpino arundo pro jugis vinearum, Varr. 1, 8.

Arreptus, Veg. 3, 52. *interpretatur, credo, ἐπίληπτον. concidunt enim epileptici, & morbus ipsorum est caducus.*

Artes in Græcia quando repertæ, Varr. 3, 1. Tuscæ & Dardaniæ, Col. 10, 358. artium magister usus, Col. 4, 11.

Arteria. ad arteriam exasperatam, Veg. 3, 68. arterias & fauces curat mel, Pall. 2, 15.

Articularis morbus equorum, Veg. 1, 6 & 13. boum, Veg. 3, 2.

Articularius morbus, Cat. 157. *Glossæ: ἀρθριτικός.*

Articulus. in articulum it seges, Col. 2, 12. articulos omnes experiri, Cat. 157. *Meursio præferenda videtur lectio,* omnes articulares morbos expellere. *Ego vero putaverim, loqui Catonem de experimento articulorum in digitis, præsertim vulgo usitato, qui trahuntur intorquenturve ad eum finem, dum crepitum edant. Quod quidem arthriticus ne tentare quidem ausit.*

Artio. artito surculum, Cat. 40 & 41. artiveras, Cat. 40. *Est autem* artire, *interprete Turnebo, 11, 13, demittere, adigere, inserere, immittere.*

Artus fœcundos compleat, Col. 10, 212.

Arvehant ligna, Cat. 138. *i. e. advehant.* arvectum, Cat. 135. Ar *veteres pro* Ad *dicebant, ut* arfero, arvenio, arcesso *&c.*

Arundinei canales, Col. 9, 13. cuneoli, Col. 4, 29.

Arundineti satio & cultura, Cat. 6. Varr. 1, 24. Col. 4, 32. jugerum, Col. 4, 30.

Arundo, jugi genus in vineis, Varr. 1, 8. degener, Col. 7, 9. castratur, cæditur, &c. Col. 4, 32. arundinis satio, Cat. 47. Col. 4, 32. & Arb. 29. oculi, Cat. 6. arundine secantur quædam, Col. 12, 7, 14 & 47. *vid.* Canna.

Arundulatio in ficis, Varr. 1, 8. *Sermo h. l. est de quarto genere jugandarum vitium, ubi traduci locus est, cum nimirum, quæ sustinere suo se trunco non possunt, vites in aliam arborem traducuntur. Hic* opulos *arbusti loco adhibent Mediolanenses,* ficus *Canusini; sed cum infirmi & fragiles sint earum rami, arundine eos deligata firmasse videntur, eaque dicta* arundulatio.

Aruspices notati, Cat. 5. Col. 1, 8. 11, 1. Varr. 1, 40.

Arvum, quod aratum, necdum satum est, Varr. 1, 29.

As *generatim* unum *notat*, Col. 5, 3. *ter.* as jugeri, Col. 5, 1. in assem, Col. 2, 13. *it.* 3, 3. totum solum h. e. assem, Veg. 2, 36. *& mox* commissura calcis & assis.

Asaron Ponticum, Veg. 4, 13. *ajunt esse* nardum rusticam, *Gall.* cabaret, *Haselwurz.*

Ascalonii generis cepæ, Col. 11, 3. 12, 10.

Ascia dolare, Pall. 1, 14. asciæ rastris similes, Pall. 1, 43. *vid. Phil. a Turre monum. vet. Antii p. 22.*

Ascræum carmen *Virgilii*, Col. 10, 436. *Ascra oppidum & vicus in Bœotia, patria Hesiodi poetæ, qui versus de rusticatione composuit.* Ascræus *Hesiodus dicitur, ut Virgilius idem de se ait:* Ascræumque cano Romana per oppida carmen. *Pompon.*

Asellus, f. vulgaris asinus, Col. 7, 1. aselli dossuarii, Varr. 2, 6. assellus *pro trabe, cui aliquid imponitur. vid.* Bassellæ.

in Asia Mysiaque terra densa, Col. 1, Præf.

Asianæ oves, Pall. 12, 13.

Asiatica mala pigro fœtu, Col. 10, 412.

Asinæ calvaria in hortis, Pall. 1, 35.

Asinarius, *agaso*, Cat. 10 & 11. Varr. 1, 18. asinariæ molæ, Cat. 11.

Asinus XL millibus emtus, Varr. 3, 2. asini caput nudum cute in limite ruris figitur, Col. 10, 344. de asinis quæ tenenda, Varr. 2, 6. asini vulgares, Col. 7, 1. Arcadici & Reatini, Varr. 2, 1. eorumque pretia, Varr. 2, 6 & 8. admissarii quales esse debeant, Pall. 4, 14. mulino generi seminando quales destinandi, Col. 6, 37. ab equabus ut admittantur, Col. 6, 37. plostrarii & molarii, Cat. 11. *Ad plaustra adhibitos, docet etiam* Col. 7, 1. *add. Scheffer de re vehicular. 1, 8.* feri, Varr. 2, 1. ornati clitellarii, Cat. 10.

Asparagi fiunt e corruda, Cat. 6. *nimirum* asparagi corruda simillima filo, Col. 10, 375. spinosa herba, Col. 10, 246. *Duo genera asparagi, hortense & silvestre, sed incultum gratius est, quod Corrudam, alii Libycum vocant. Asparagus non a Græco dicitur, aut ab asperitate, ut dicit Varro: sed ab Chaldæa voce, quæ caulem significat: quia hæc herba semper crescit in caulem & virgultum. Pompon.* asparagi satio & cultus, Cat. 161. Col. 11, 3. Pall. 3, 23. 4, 9.

ad Aspectum solis versare lateres, Pall. 6, 12.

Asper bos mansueto conjungitur, Pall. 4, 12. aspro velamine, Pall. Inf. 67.

Asperati parietes, Pall. 1, 11.

Aspergito sale minuto, Col. 12, 52. aspergitur pini semen, *h. e. spargitur*, Pall. 4, 10. 12, 1 & 7.

Aſpergo ne noceat, Cat. 128.

Aſpero. aſperare medicabiliter limum dyſentericæ paſſionis, Pall. 3, 31. *h. e. duriorem reddere; ut* glacialis hiems aquilonibus aſperat undas, *Æneid. 3, 285.* aſperantur gradibus, Col. 8, 3. ac maceſcunt apes propter laborem, Varr. 3, 16. caloribus apes, Pall. 7, 7.

Ἀσφάλτιον, *trifolii ſpecies*, Col. 6, 17. *Plin. 21, 9:* Minyanthos vocant Græci, alii aſphaltion majore folio, quo utuntur coronarii.

Aſphodilus, ſ. aſphodelus, *herba apibus grata*, Pall. 1, 37. aſphodeli ſcapus, Col. 9, 4.

Aſpicit meridiem tabulatum, Col. 8, 8. aſpicere ad aliquem, Varr. 1, 2.

Aſpirare ne poſſit vipera, Col. 8, 14.

Aſpro velamine, *h. e. aſpero*, Pall. Inſ. 67.

Aſſaria pecuina daps, Cat. 132. *h. e. apta & parata aſſuræ. Popm.*

Aſſellare, *vid.* Adſell.

Aſſentiri, *de facto vel hiſtoria*, Varr. 2, 3. ſi aſſenſerit humor, *h. e. ſi non renuerit, ſi adſit nimis*, Pall. 12, 7.

in Aſſerculo alligato ſcopas, Cat. 152. *h. e. baculo ſ. verriculo, qualibus etiam apud nos alligantur ſarmenta.* aſſercula quinque, Cat. 12. aſſerculis modicis, Col. 8, 3. *in quibus locis & ipſis, ut ſimplex* aſſer *non latum illud ligni ſegmentum notat, ein Bret, ſed anguſtum, qualibus utimur ad ſuſpendendas tegulas, ad clathra &c. eine Latte. Verum hoc in Fabro olim obſervatum eſt.*

Aſſero vites, Cat. 32. aſſerit, non poſſe generari, *h. e. confirmat, aſſeverat*, Pall. 1, 19. Veg. 1, 17. 3, 26.

Aſſeverare non expertus non audeo, Col. 9, 13. *pro polliceri*, Col. 5, 1.

Aſſiccatus ſuccus, Col. 2, 6. aſſiccatos in cratibus caules, Col. 12, 9.

Aſſicceſcere in cratibus, Col. 12, 9.

Aſſiccant venti nebulam; Col. 4, 19. aſſiccare in ſole, Col. 2, 9. 12, 15, 16 & 33. aſſiccatur ſpongia humor, Col. 12, 50. aſſiccari, Col. 12, 49.

Aſſidunt in ornithone volucres, Varr. 3, 5.

Aſſiduus perfricabis, Pall. 1, 29. aſſiduiores facere paſtores, Varr. 2, 10.

Aſſignatum ſuo loco, Col. 12, 2.

Aſſiliens admiſſarius, Col, 6, 37.

Assis *vel* Axis, *pro eo, quem vulgo, sed falso*, asserem *dicunt.* Asses quernæ cum esculis non misceantur, Pall. 1, 9. *Conf. locum Vitruvii, quem præ oculis videtur habuisse noster*, L. 7, 1: Danda est opera, ne commisceantur axes esculini quernis, quod querni simul ac humorem perceperunt, se torquentes rimas faciunt in pavimentis *&c.* roboreas, Col. 6, 30. Veg. 3, 4. ex assibus dentatis tribulum, Varr. 1, 52. *vid. Scheffer. de re vehic.* 2, 7, *p.* 127 *sq.* assis ligneus, Veg. 3, 14. Axes & axiculi, Col. 6, 19.

Assumere fugam meditantur apes, Pall. 1, 39. *nisi tamen præstat cum Crescentio legere* arripere. assumit *pro* absumit *habet antiqua edit. Crescentii* Pall. 6, 7. & 7, 2.

Assura. requiro sarsuræ assuræ membra de palumbis &c. Varr. 3, 9. *Videtur in actionibus conducti locati fuisse*, uti sarsuræ tecturæ præstaretur, *aut non multum dissimile: i. e. ut aliter in iisdem legibus dicitur, ut sarta tecta insula aut ædes præstarentur. Nam olim* sarsum *pro* sartum, *ut* farsum *pro* fartum. *Ergo ludit παρ' ὑπόνοιαν. nam quod diceretur in lege conductionis* sarturæ tecturæ, *ludens in avium lege dixit* sarsuræ assuræ, *utpote cum aves ipsæ ad assandum natæ sint. Nam* assura, *quod prius diceretur* arsura. *Et quod dicimus nunc* assum, *prius erat* arsum. *Cum igitur tractatus de palumbis & gallinis hic desideraretur, vult hoc sartum sibi & integrum præstari Axius. Sed veram lectionem, ni fallor, conficiemus, si non* sarsuræ, *sed* farsuræ, *legamus. Ita nihil dubii relinquetur: nam* farsura, *quia de farciendis gallinis & palumbis sermo instituitur &c. Hæc Scaliger. Alia alii. Me sola Victorii reverentia impediit, quo minus revocata primarum editionum fide ponerem* farturæ assuræ, *quæ ἀσυνδέτως, ut multa alia, posuisse puto Varronem. Sic Cat.* 14: lapide calce, *it.* 132. domo familia &c.

apud Assyrios pomis non caret citrus, Pall. 4, 10. *Pro* non *Ponted. vult reponi* nunquam, *ex Italica Palladii interpretatione:* ed afferma Marziale che in Assiria questi arbori hanno tutto l'anno frutto. *Sed id etiam Palladius statim docet. Adjiciamus Plinii locum elegantem* 12, 7 *de citro, quam hic* Assyriam malum *vocat:* Omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus — nisi apud Medos & in Perside nasci noluit. *Palladius igitur forte primus est, qui hujus arboris extra Mediam convalescentis meminit, quæ postea non in Italia tantum, Hispania Galliaque coli se passa est, sed in ipsum septemtrionem translata fructus edidit, quamquam bonitate inferiores his, qui sub*

clementiore sidere educantur. Non ignoro, quid de hac re disputetur, v. g. apud Spanh. de usu & præst. numismat. diss. 6. p. 329 sq. sed illum sequor characterem, quem indicat Palladius, orbem continuæ fœcunditatis: *quidquid sit de mira totius generis varietate, quam elegantissime, ut reliqua, quæ ad cultum & naturam ejus arboris pertinent, persequitur Jo. Bapt. Ferrar. eleganti libro, quem vocat* Hesperides: *de qua appellatione, ad quem fructum pertineat, præclare etiam meritus est, quem modo laudabam, Spanhemius.* Assyria radix, Col. 10, 114. *eadem* Syriaca, Col. 11, 3.

Astringere frondem, Col. 5, 6. *h. e. destringere: vel etiam adstringere, h. e. alligare. Locus aliquantum obscurus.*

Astrologiæ literæ, Col. 1, 1.

Astrologi cœlum descripserunt, Varr. 2, 1. *h. e. astronomi. Conf.* Varr. 2, 3. adversus astrologos compositi a Columella libri, Col. 11, 1.

Atavi Romani, Col. 1. Præf.

Ater. atræ ficus, Cat. 8. atrum olus, ἱπποσέλινον *vel* σμύρνιον, Col. 11, 3. *vid.* olus atrum. vinum, Cat. 157.

Atheroma, Veg. 2, 30. *tumoris genus, continens quasi* pulticulam, ἀθηραν *dictam. Sed latius etiam patet. vid. Gorræus.*

Athletæ comitiorum, Varr. 3, 5. pecuarii, Varr. 2, 1.

Atinia ulmus, Col. 5, 6. *ab* Atina *Galliæ Cispadanæ urbe dicta videtur, de qua Plin. 3, 19. Schættg.* ut feratur, Col. 5, 6. *eadem* Atinea, *rustice, credo, pronuntiata voce,* Col. Arb. 16.

Atlantides, Col. 10, 54. *Vergiliæ.*

Atque etiam, Col. 2, 2 & 15. simili ratione atque in arbusto, Col. 5, 7.

Atramentum sutorium, Veg. 2, 49. sutoricium, Veg. 2, 64. Chalcanton *vocatur Hippiatr. Ruell. p. 112, b. extr. Plura Rhodius Lex. Scribon.*

Ἀτράφαξυς, atriplex, Col. 11, 3. ejus satio & cultura *etiam* Pall. 5, 3. atriplici gravis phaselus, Col. 10, 377. *accusatam a Pythagora, interpretatur Georgius Alexandrinus.*

Atreus auream pecudem habuit, Varr. 2, 1.

Atrienses servi, Col. 12, 3.

Atriplex, *vid.* Ἀτράφαξυς.

Attactu frequenti, Pall. 1, 35.

Attentando, Col. 1, 4.

Attenuata cacumine sagitta, Col. 3, 17.

Attenuare vepres, Col. 11, 2.

Atteruntur oculi, Col. 11, 2.

Attice, *h. e. Attica regio*, Varr. 2, 5.

Atticus *interlocutor*, Varr. 2, 1. Atticus ante T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius, Varr. 2, 2.

Atticum mel, Col. 6, 33. Veg. 2, 17. *ubi MS.* antiquo *pro* Attico, *quæ voces etiam confunduntur* Veg. 1, 17. Atticæ lanæ, Varr. 2, 2. Atticum profluvium, *vid. h. v.*

M. Attilii Reguli dictum, Col. 1, 4.

nihil Attinet, Col. 2, 21.

Attinctum animal. *vid.* Adtinctum.

Attollit minas serpens, Col. 8, 2. *Virgiliana formula Georg.* 3, 421: Tollentemque minas, & sibila colla tumentem. *Talia sæpe sunt apud nostrum, quibus tanquam gemmis orationem distinguit.*

Attondi, *pro* attonderi, Veg. 1, 56.

Attractio rugarum ne deformet zizipha, Pall. 5, 4.

Attrahit auxilio hortis amnes, Col. 10, 24. attrahetur præceps ædificium, Col. 1, 5.

Attrectatione manus frequenti, Pall. 4, 12.

Attusus, *contusus*, Veg. 3, 3. b.

Avara vitis, Col. 3, 2.

Avare. avarius opus exigat, Col. 1, 7. *Rarior usus hujus comparativi; sed etiam apud Sextum Rufum in breviario observante Crenio 10, p. 59. Schœttg.*

Auctio facienda, Cat. 2, 7.

Auctor incertus bonitatis color terræ, Pall. 1, 6. auctorem industrium equini generis providere, Col. 6, 27. curatorem *legendum suspicatur Lichtenhanius; certe intelligitur is, qui curam habet.* auctorem in aliquo habere, Varr. 3, 15. auctores memorabiles, Col. 1, 1.

Auctoritas *rei ex nomine alii rei tributo*, Varr. 2, 5. auctoritas dulcis mellis, Pall. 7, 7.

Auctumnitate, Cat. 5. prima, Cat. 155.

Auctumnalis agnus, Col. 7, 3. *Conf. Plin. H. N. 8, 47, f. 72.*

Auctumnus. auctumni imber, Cat. 5. auctumno semine, Col. 11, 3. *lectio dubia; quamquam & apud Catonem l. c. in Pol. & Wrat. legitur* imber auctumnus, *ajectiva notione: quæ lectio non contemnenda videtur, nec sine auctoritate est. Vid. Heins. ad Ovid. Met. 3, 729.* auctumni initium & numerus dierum, Varr. 1, 28. opera, Varr. 1, 27 & 34.

Acupium laqueis tenditur, Pall. 13, 6. noctuæ, Pall. 10,

ab *αὔλαξ. Legenti totum locum, & sedem vocis repetitæ intuenti, res manifesta videbatur. Αὖλαξ est excelsum illud inter duas fossas. Græcissat sæpe noster. Alioquin cogitare etiam poteras elices.*

Auratæ pisces, Col. 8, 16.

Aureolus color, Col. 9, 3. aureolum collum gallorum *laudatur* Varr. 3, 9. *quod est* Col. 8, 2 ex auro flavum.

Aureus color equi, Pall. 4, 13. aurea medietas chamæmillæ floris, *i. e. flava.* Pall. 7, 10. aureum medicamentum, Col. 6, 14. *idem quod Vegetio aptum remedium.* aureæ pelles unde dictæ, Varr. 2, 1. aurea mala Hesperidum, Varr. 2, 1.

Auriga, *sidus cæleste*, Col. 11, 2. auriga rectrixque membrorum anima, Col. 3, 10. *vid.* origa.

Auris. aurem apponere, Pall. 7, 7. aures applicatæ *in equis laudantur* Varr. 2, 7. auribus prægravantibus & flaccidis, Col. 7, 6. auribus spiritum ducunt capræ, Varr. 2, 3. *cf. Plin. 8, 50. Simile Archelai mendacium est* Varr. 3, 11. *it.* 3, 12.

Auritus. aurita aratra, Pall. 1, 43. *nisi fallor, opponuntur βραχέα, Geop. 3, 1. Schœttg.*

Aurosi pulveris lapidosa macies, Pall. 1, 5. *aurosum pulverem Barthius Adv. 39, 8 explicat* grandiorem & coloris aurei, metallicæque duritiæ. *Sed Cresc. habet* arenosum, *quod prætulerim, eumque dici puto minutissimum arenæ genus, duritiem & rigorem arenæ habens, & nihil vel parum viscidæ illius & limosæ naturæ, quâ proprie aluntur plantæ.* auroso colore membrana, Veg. 2, 17. *h. e. aureo.* aurosa arena *sternebatur via imperatoribus. vid. Casaub. ex Synesio ad Lampridii Elagab. c. 31 extr.*

Auscultetur, *active*, Col. 8, 5.

Auspicari carminis principia, Col. 3, 1. culturarum officia, Col. 11, 2. auspicandi causa, Col. 11, 2. *h. e. ut felix capiant anni totius auspicium.*

Auster hibernus, Col. 11, 2. *h. e. χειμῶνα hiemem, i. e. tempestatem afferens. Ita sæpius noster hoc ipso in Kalendario* hiemat, hiemat cum frigore *&c.*

Austeritas nimia in quibus uvis, Col. 11, 2. austeritate prope omni fugantur serpentes, Pall. 1, 35. austeritates psilothri, Pall. 1, 35.

Austerus. austeriorem gustum efficere, Col. 12, 12.

Austrinus dies, Col. 11, 2. piscis, *ibid.*

Aut quid item aliud, Varr. 2, 5 & 9. aut nisi, Varr. 1, 31. *modo vera sit lectio. Certe Codex Ryck. loco* nisi *habet* inde, *longe rectius.*

Autolycus fur, Col. 1, 3.

Axis, axiculi, *vid.* Assis.

Axis meridianus, Col. 3, 21. de oriente *etiam* & occidente, Col. 4, 24.

Q. Axius, tribulis, Varr. 3, 2.

Axungia, *unguen*, Pall. 1, 17. Veg. 3, 4. caprina, Veg. 3, 4.

B.

Bacæ cum virgis ut serventur, Cat. 101. Bacas *etiam semper fere scribit Codex Corbej.* Vegetii, *v. g.* 3, 24. baccæ ederaceæ, Col. 8, 10. bacca stercoris caprini, Pall. 2, 14. *Germani quidam* Ziegenlorbern. *Ita vero vocantur ob similitudinem stercora, quæ sigillatim decidunt, Græci σπυράδας & σπυράθους vocant, Plinius Valerianus* pilulas. *Schættg.*

Bacchea voce frementem, Col. 10, 223.

Bacchus pater, Col. 10, 429. condit odores, Col. 10, 302. illius genus, Col. 10, 38.

Bacchor. spiritus orbis bacchatur Veneri, Col. 10, 198. *h. e. tota mundi anima jam nihil aliud potest, quam generare & gignere. Schættg.*

Baculis excutiuntur spicæ, Col. 2, 21. *vid.* Fustis.

Badius color equorum, Pall. 4, 13. *vid. Isid. Orig. 12, p. 1114, 45. Saniora Gothofr. ad l. c. cui convenit lectio Lugdun. Cod.* baidius.

Bætica provincia, Col. 11, 3. modice clivosa, Col. 5, 8. ejus ora maritima, Col. 3, 12. 11, 2. regiones, Col. 1, Præf. Bæticum vocabulum, Col. 5, 1.

in Bagiennis quales areæ, Varr. 1, 51. *Nihil dubito, quin* Bagienni *idem sint, qui Plinio 3, 5 f. 7. 3, 16 f. 20. & 3, 20 f. 24* Vagienni *dicuntur, & in Liguribus collocantur, quibusque ad Padi recentis ripam sedes assignantur a Cellario. Ita a Silio 8, 607* Pernix Ligus & sparsi per saxa Vagenni *conjunguntur. Ad rem nostram facit, quod etiam apud hunc vetustissimæ editiones* Bagenos *vel* Bagennos *habuere, observante Drakenborchio, ac de Plinii quibusdam exemplaribus idem refert Cluver. Ital. ant. 1, 10, p. 87, quocum convenit inscriptio Taurinensis apud Sponium Cellario laudata. Porro quæ de situ Vagiennorum, Vagennorumve prodidere Silius Plinius-*

que, ea bene conveniunt his, quæ a Varrone hic commemorantur. In montanis enim locis a mari non multum remotis, ad fluviorum origines, crebros circa messem nimbos esse, quis mirabitur?

Bajanum L. Luculli, Varr. 3, 17.

Balani pisces, Col. 8, 16. *in marinis referuntur a Plin. 9, 33. Schœttg.*

Balatrones, Varr. 2, 5. Balatrones, *inquit Festus*, quod de calceamentorum coriis eraditur, *nimirum παρὰ τοῦ βάλλειν. Omnino sic puto quæcunque coriis resecantur, quæ Nicandro dicuntur λάθαργοι, Οἷον ὅτε πλαδόωντα περὶ σκύλα καὶ δέρη ἵππων Γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ' ἀρβήλοισι λάθαργοι. Unde despicati & nugatorii homines dicti* balatrones. *Huic opinioni adstipulantur ea, quæ sequuntur:* huc adferam meum corium & flagra. *In Italia hodieque retinentur*, Belitroni, *ut in Gallia* Belitre. *Tamen nihil dubium, quin fuerit convicium in eos, quos abominabantur: &* Baratrones *prius dictos, tanquam dignos, qui in* barathrum *conjicerentur: ex consuetudine Atheniensium, qui maleficos in* barathrum, *ut Lacones in καιάδας, quæ erant ut* Puticuli *Romæ extra portam, conjiciebant &c. Scal. Schœttgenio ista denominatio originem habere videtur a quodam Balatrone, sicut* nepos *in* luxuriosi *significatu a quodam Nepote. Nomen ejus exstat apud Horat. Sat. 2, 8, 21. Appellativum apud eundem 1, 2, 2. Vid. etiam Bentl. ad Horat. Sat. 2, 3, 166. & de toto h. l. Brencmanni Epist. ad Schœttg. in Miscell. Obs. 6, 3, p. 587. adde & Voss. ad Cat. p. 119.*

Balausti sterilis comas, Col. 10, 297. *h. e.* balaustii. *Est autem* balaustium, *Gr. βαλαύστιον, flos mali Punicæ, de quo Plin. 13, 19:* Flos balaustium vocatur, & Medicinis idoneus & tingendis vestibus. *Græci scriptores, ut animadvertit Harduinus*, balaustium *dicunt esse* florem mali Punicæ silvestris, non domesticæ, *quos hoc loco secutus videtur Columella, cum appellat* sterile. *Plinius promiscue usurpat, pro flore cum silvestri tum domestico, quod colligitur non solum ex loco allato, sed etiam ex 23, 6. Facciolatus. Diligentia summa & felicissima de* balaustii *flore egit Ez. Spanhemius de usu & præst. num. 6, 4, p. 315 sqq.* balaustii semen, Veg. 3, 16.

Balineorum colluvies, Pall. 1, 40.

Ballucæ siliqua, Veg. 1, 20. *quid sit n. l. Dufresnius interpretatur arenam aurosam; vid. Salm. ad Plin. 239.* b. G. *Somniabam etiam de* ballote, *quod &* porrum nigrum *Plin. 27, 8 pr.*

Balnearia cubicula, Col. 1, 6.

Balnei ædificandi ratio, Pall. 1, 40. balnea rustica jungantur fumariis, Col. 1, 6. balneas (*pro* in baln.) dominum sequitur oleum, Varr. 1, 55.

Balo. satis balasti; Varr. 2, 3. *h. e. de ovibus locutus es.*

Balsama cum casia nectens, Col. 10, 301.

Balteum, Cat. 76 & 78. *in opere pistorio est pars soli replicata, quæ placentam cingit, & ambit. Popm.*

Bambatæ decem, Col. 12, 34. *Vix dubito, quin cum Salmasio ad Solin. c. 27, p. 265 legendum sit* ad embammata. *Embammatis certe loco fuisse acetum scilliticum, docet Plinius 30, 6 s. 17. ubi* erranti (*ac proinde in cibo, ubi medicamentum non suspicatur*) dari *docet* duûm dierum catuli lienem ex aceto scillitico. Embammatis *etiam vocem non in lemmate modo recentioris hominis fuisse, sed ab ipso Columella profectam tum locus 12, 55 declarat, tum quod indoctis librariis ea in mentem venisse non videtur, nisi adhibita in ipso loco esset.*

Barba magna in antiquorum statuis, Varr. 2, 11.

Barbarici equi, Veg. 4, 7. barbarica silva, Col. 11, 2. *h. e. conseminea.*

Barbarorum remedium adversus tussim, Veg. 3, 69.

Basculus, *gentis nomen*, Varr. 2, 10.

Basellis impositæ cupæ, Pall. 1, 18. *Non improbabilis videtur lectio Barthiana* asellis. *Certe* ὀνίσκους *in machinis esse* suculam, *trabem, vel* axin *potius transversum, constat. Si* cantherium *transferre licuit ad ædificandum & sustinendas vites, si* onager *est in machinis; quidni* asello *tale quid contigerit? & contigit jam illi nomen & locus in machinis bellicis, quod ostendit Du Fresnius. Et quid melius asello conveniat, quam impositum onus? Sed si verum est* basellis, *erit diminutivum* μιξοβάρβαρον *ex* basis: *pro quo agnovit Du Cangius.*

Basilica vitis, Col. 3, 2, 7, 9 & 21.

Basilicæ forma *ad cellam vinariam applicata*, Pall. 1, 18.

Basis supposita, Col. 3, 13. si basin moverit jumentum, Veg. 1, 25. semoverit, Veg. 2, 46. *utrobique malim* emoverit. quibus remorata basis, Veg. 1, 26. *est nimirum infima pars pedis. add.* 1, 56. 4, 1.

Basternarum amites, Pall. 7, 2. *vid. de* basterna *Jo. Scheffer. de re vehic. 2, 6, p. 116. præsertim p. 120. Pyrrhus Ligorius de vehic. c. 15. Pignorius de servis. Schœttg.*

Batillum ligneum cum ferrula ferrea messis causa, Varr. 1, 50. *instrumentum aliquantum excavatum ad recipiendas spi-*

cas; figura forte non multum differt ab illo batillo, quo ad stercora colligenda uti jubet Varr. 3, 6.

Battis flos, Col. 12, 7. *volunt esse* crithmum, *Gall.* bacille, *nostris Meerfenchel.* Battis sativus quibusdam cordum olus, Col. 12, 13.

Battitura calcetis (*f.* chalcitis) Veg. 2, 26. *est squama metallorum, cadens ab incude. sic Matth. Silvaticus apud Dufresnium. Nostri Hammerschlag.*

ad Baulos piscina Hortensii, Varr. 3, 17. Bauli *urbs Campaniæ, non procul Bajis. Nomen habet a stabulis boum Herculis, quasi* βοαύλια; *unde &* Herculeos Baulos *dixit Silius 12, 156.* villæ Hortensii ad Baulos *meminit etiam Cic. Acad. 4. Schœttg.*

Bdellium, *qui est succus vel resina arboris cognominis, reponi vult Morgag. pro* depli, Veg. 3, 28. Arabicum, Veg. 4, 14. *bis.*

Bee, βῆ, vox ovium, Varr. 2, 1.

Bellissimi vini pars, Col. 12, 19.

Belo, belare, *pro* balare, Varr. 2, 1.

Bene oleum addere, Cat. 157. id bene faciet, Cat. 157. *de effectu medicinæ. Sæpe ita Scribonius, indicante Rhodio.*

Beneficium, *h. e. bene factum*, κατόρθωμα, Cat. 5.

Bennæ emantur, Cat. 23. *genus vehiculi esse Gallica lingua, docet Sex. Pompejus. Schefferus, qui toto c. 2, l. 21 de re vehic. de* benna *agit, ostendit*, corbem *esse (plaustro deinde impositam, vel cistam vitilem) qua significatione hodieque utuntur Belgæ: sed pro* emantur *vult legi* vieantur; *satis quidem ingeniose.*

Bes jugeri, Col. 5, 1.

Bestiola, quæ vocatur bupreftes, Veg. 3, 15.

Beta, *literæ nomen apud Græcos, & herbæ apud Latinos*, Col. 10, 251 & 254. Betæ pallentia robora, Col. 10, 326. satio & cultura, Col. 11, 3. Pall. 3, 24.

Betacei pedes, Varr. 1, 2.

Betonica, *pro* Vettonica, Veg. 4, 11.

Bias, de septem unus, Col. 1, 1.

Bibo. ut bibas quantum voles, Cat. 156. bibat terra fontes. Col. 10, 49. ne bibat oleum nova metreta, Cat. 100.

Bibulæ ollæ, Col. 12, 43.

Bicomis equus, Veg. 1, 56.

Bicorni ferro herbam pectere, Col. 10, 148.

Bidentes jactantur in opere rustico, Col. 4, 17. *vid. Popma de instr. fundi.* Cyprei, Pall. 8, 5. *add.* 1, 43.

Biennii tempus, Col. 3, 9.

Biferæ arbores, Varr. 1, 7. ficus, Col. 10, 403. Gr. δίφοροι.

Bifidæ ridicæ, Col. 4, 33.

Biformes Panas, Col. 10, 427.

Bifurcus, Col. 4, 24. pastini, Col. 3, 18. bifurcum, *de venarum conjunctione*, Veg. 2, 40.

Bigemmes resecces, Col. 5, 5.

Bigeneri muli atque hinni, Varr. 2, 8.

Bilibres singulas, Veg. 2, 6. *h. e. portiones binarum librarum.*

Bilis ut ejiciatur, Cat. 156. jumento si molesta est, Col. 6, 30 in ovibus ut curetur, Col. 7, 5. arida, Veg. 3, 51. biles, quæ coleræ appellantur, Veg. 3, 50. *ita & Scribon. comp. 136.*

ante Bimatum, Varr. 2, 5. post bimatum, Col. 7, 3. bimatu explecto, Col. 7, 4.

Bimus. a bima aut trima fructum ferre incipit vacca, Varr. 2, 1. bimæ plantæ, Pall. 3, 25. nuces, Cat. 17.

Bipalium, Cat. 6. *ligo ferramentum habens duo pedes longum.* Col. 11, 3: At ubi copia est rigandi, satis erit, non alto (*lego* alte) bipalio, id est, minus quam duos pedes ferramento novale converti. *Mentio Catoni etiam infra cap. 151, & Varroni lib. 1, 37. Meurs.*

Bipalmes tabulæ, Varr. 3, 7.

Bipartior. XI Kal. Majas ver bipartitur, Col. 11, 2. Bipartior *h. l. non usurpari deponentium more, sed passivum esse, putabat Pontedera. Sed quid si* dies *dicatur* bipartiri *ver? In participiis præteritorum facile admiserim passivam significationem: in aliis temporibus non item.* bipartita hiems, Col. 11, 2.

Bipedæ ferreis ancoris colligatæ, Pall. 1, 40. *h. e.* bipedales tegulæ, *ut Vitruvius explicat 7, 1 extr. Conf.* Pall. 6, 11. *add. Fabretii inscr. c. 7, p. 511.* in altum constituantur, Pall. 1, 40. bipedarum canales, Pall. 6, 11. bipedis aream sternis, Pall. 1, 40. stratum solum, Pall. 1, 19.

Bipedanea latitudine, Col. 11, 2. scrobe, Col. 4, 1. bipedaneis spatiis, Col. 4, 30. bipedanea humus, Col. 2, 2.

Bistruticius equus, Veg. 1, 25. *qui fit N. L. Al.* dysentericus, sideratus.

Bitumen Apollonium, Veg. 4, 14. *est* Pissasphaltum *Dioscor.* 1, 100. Judaicum, Veg. 1, 20. 2, 56. 3, 84. ejus pulvis, 2, 57.

Biturica vitis, Col. 3, 2, 7 & 9. Bituricæ fructibus opimæ, Col. 3, 21.

Bivium ad culturam, Varr. 1, 18.

Blandimenta æstivi caloris, Pall. 10, 17. vecturæ, *h. e. vectura mollis*, Veg. 1, 56.

Blandus. blanda pabula, Col. 7, 3.

Blattæ apibus inimicæ, Pall. 1, 37. lucifugæ, Col. 9, 7.

Blitus quando feratur, & quomodo colatur, Pall. 4, 9. *Paullus Festi:* Blitum genus oleris a saporis stupore appellatum esse ex Græco putatur, quod ab his βλὰξ dicitur stupidus. *Isidorus Orig. 17, 10:* Blitum genus oleris saporis evanidi, quasi vilis beta. *Vid. Taubm. ad Plaut. Truc. 4, 4, 1. Bapt. Porta Villæ 10, 61. Schœttg.*

Bolus. ut ad hunc bolum pervenias, Varr. 3, 2.

Bombum faciunt apes, Varr. 3, 16.

Bonus Eventus invocatur, Varr. 1, 1. *Hic & ipse Deus putabatur a Romanis, ut omnia, quæ agenda susciperent, eventu prospero bearet. Occurrit ejus mentio aliquoties in Inscriptionibus apud Gruterum p. CI, 7 sqq. Simulacrum quoque illius Romæ fuit, quod dextera pateram, sinistra spicam ac papaver tenuit. Plinius 34, 8. Schœttg. Plura de hoc Hard. ad l. c. Plin. s. 19. n. 16. Lindenbr. & Vales. ad Ammian. XXIX extr. & dedita opera Moravius de Malaturri (Moreau de Mautour) dissertatiuncula de hoc Deo & nummis ejus honori cusis, quæ habetur in Hist. Acad. Inscriptt. T. IV, p. 78.*

Bona salute, ἀγαθῇ τύχῃ, Cat. 4. Est εὐφημισμὸς & *invocatio salutis Deæ, ut* quod omen Deus avertat, salvis rebus tuis &c.

Bonum est, *prodest*, Cat. 157. bonum fœcunditatis, Pall. 1, 7.

Βοῶπις, Varr. 2, 5. *Libanius Elogio pavonis tom. 2. p. 713 edit. Morell.* Ὅμηρος μὲν γάρ που κατὰ τὴν ποίησιν πολλάκις τὴν μὲν βασιλίδα τῶν θεῶν βοῶπιν προσονομάζει, ὀφθαλμῶν τὸ κάλλος οὕτω τιμᾷν βουλευσάμενος. *Enimvero Homerus passim in sua poesi Reginam Deorum Boopin vocat, cum oculorum bovinorum pulchritudinem hac voce honorare statuisset. Schœttg.*

Borea nubifugo, Col. 10, 288.

Bos intelligitur castratus, Col. 6, 20. cubitor, Col. 6, 2. indigena, Col. 6, 2. boves perferi, Varr. 2, 1. honore ceteras pecudes superant, Varr. 2, 5. Col. 6, Præf. Veg. 3, Præf. quales emendi, Varr. 2, 1 & 5. Col. 6, 1. Pall. 4,

11. qui agriculturæ idonei, Varr. 1, 20. consepta & stabula qualia desiderent, Col. 6, 23. Veg. 3, 1. quando & quomodo domandi, Varr. 1, 20. Col. 6, 2. Pall. 4, 12. ut tractandi & curandi, Cat. 54 & 60. Col. 6, 3. Pall. 4, 12. in opere ut jungendi, Pall. 2, 3. melius collo, quam capite, junguntur, *ibid.* in arando ut regendi, Col. 2, 2. post opus ut tractandi, Col. 2, 3. boum jugum unum quid præstare possit, Col. 11, 2. boves admissuræ quando idonei, Col. 6, 24. annuo delectu instaurandi, Col. 6, 22. uti valeant, Cat. 103. quo voto ut valeant, procuretur, Cat. 83. quo medicamine curentur, Cat. 70 & 73. Col. 6, 4. nitidiores ut fiant, Pall. 1, 21. ne pedes subterant, Cat. 72. ægri ut curandi, Cat. 71. pestilentiam ut contrahant, & ejus remedia, Col. 6, 5. a serpente morsi ut curentur, Cat. 102. si scabie, venenato morsu, coriagine laborent, Col. 6, 13. si oculorum vitio, Col. 6, 17. hirudinem si hauserint, Col. 6, 18. ad pulmonis exulcerationes, palatique aut cervicis tumorem, Col. 6, 14. ad tussim, Col. 6, 10. ad dolorem ventris & intestinorum, Col. 6, 7. ad cruditatem, Col. 6, 6. febrientes ut curandi, Col. 6, 9. armo convulso aut cornu præfracto, Col. 6, 16. talum aut ungulam si læserint, Col. 6, 15. si claudicent, Col. 6, 12. bubus cibaria, Cat. 54 & 60. medicamentum, Cat. 70 & 73.

Boscides, anatis genus, ut alantur, Col. 8, 15. Boscades, *βοσκάδας malit H. Steph. in Thesaur. h. v. Βοσκὰς enim nota Aristoteli*, Boscis *nusquam, credo.*

Bosphori, Thracius & Cimmerius, Varr. 2, 1.

Botryodes Cadmia, Veg. 4, 11. botryitis *est apud Scribon. comp. 4 & 24.*

Botryones varii ut nascantur, Pall. 3, 33. botryonibus illæsis, Pall. 12, 12. botryonum tenaces, Pall. 10, 17.

Bovile, Veg. 3, 1.

Brachiatæ vineæ, Col. 5, 5. *opponuntur* capitatæ.

Brachiola in equis quæ sint, *it.* de brachiolis mittendus est sanguis, Veg. 1, 25. *conf. de situ* 4, 1 & 2. 3, 28 & 71.

Brachiolares musculi, Veg. 1, 25.

Brachium. brachia *in arboribus dicuntur rami.* brachia vitis, Cat. 95. ut tractanda, Col. 4, 24. prolata, Pall. 6, 2. fertilia quæ? Pall. 3, 9. *vid.* Manus fraxin.

Branchiæ scarorum, Col. 8, 17. *Ambrosius in hexaem.* Pisces branchias habent, quas nunc plicant & colligunt, nunc explicant atque aperiunt: in hac ergo collectione &

apertione dum suscipitur aqua, & transmittitur ac penetrat, respirationis munus videntur implere. *Beroald.*

Brassicæ genera, natura, laudes, Cat. 156 & 157. *it.* Col. 10, 127. *ubi vid. Pompon.* facit ad stranguriam ex vermibus, Veg. 3, 15. vitibus inimica, Pall. 9, 5. brassicæ satio & translatio, Pall. 7, 4. 10, 13. Col. 11, 3. semen vetustum in rapam mutatur, Pall. 3, 24.

Brevis, *h. e. parvus.* breves insulæ, Pall. 1, 28. *νησίδια χειροποίητα vocat Didymus Geop. 14, 18.* brevissimum vasculum, Pall. 5, 8. brevissimo spatio distantia sarmenta, Pall. 2, 10. brevissimæ offulæ, Pall. 1, 29. *Ita Plin. 8, 23* Pantheris breves in candido macularum oculi.

Brevitas vineæ, Pall. 9, 3.

Brisam subactam prelo subjicere, Col. 12, 39. *Videtur* brisa *poni pro* vinaceis. *Nam Plinius hoc idem memorans de passo conficiendo sic infit:* Quidam ex quacunque uva dulci dum percocta illa faciunt siccantes sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, tusasque leviter uvas exprimunt, deinde quantum expressere, adjiciunt vinaceis aquæ puteanæ, ut & secundarium passum faciant, diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt, ac sine sarmentis madefactos vino excellenti, donec intumescant, exprimunt: & hoc genus ante cetera laudant. *Dispice an ex hac* brisa *deduci commode possit* Briseus, *propter illud Persianum,* Est nunc brissei quem venosus liber Acci. *Quo in loco interpretes multi multa comminiscuntur, pauci pauca bene. Nihil decerno ut dogmatistes, sed opinor ut opinator. Scio, apud Macrobium cognominari Bacchum* Brissea. *Quidam autumant* brissam uvam *tunc dici, cum pedibus calcatur ad vinum exprimendum. Beroald. Videtur subbarbari quiddam in hoc verbo latere, quod conveniat cum Gallorum* briser, *frangere, comminuere.*

Brocchi dentes, Varr. 2, 7. directis *opponuntur* Varr. 2, 9. *ubi Crescentius interpretatur,* brocchi, *i. e. torti, & 2, 7 i. e. plicati. Ursinus ex* Col. 6, 29 *vult esse* prominentes. *Optime videtur illos explicare* Veg. 4, 5: Duodecimo (anno) nigredo in medietate dentium apparet.

Bruma confecta, Col. 8, 5. *vid.* Confectus. consumta, Col. 11, 2. peracta, Col. 11, 3.

Brumalis oriens, Col. 1, 6. meridies, Col. 9, 5. *Potest hic* brumalem meridiem *spectare dici locus, cui nihil obstat, quo minus etiam brumæ tempore radiis meridiani solis collustrari queat: ita æstivum spectaret meridiem, cui oppositum quidem ali-*

quid, sed non ita altum, ut non in summo axe constitutus sol illud superet. Cf. Æquinoctialis.

in Brundisino restes pro jugis, Varr. 1, 8.

Brutia pix, Col. 12, 18. Veg. 4, 14, 15, 23 & 25. *Plin. 16, 22*: Pix in cortinas æreas conjecta aceto spissatur; & coagulata, Brutiæ cognomen accepit — lentore ab alia pice differens, item colore rutilante, & quod pinguior est reliqua. *Add. Dioscor. 1, 69.* Brutia tellus, Col. 10, 139. *Brutii servi & pastores Lucanorum fuere. Inde aufugerunt, & furtim in regione consederunt, ubi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis, quam regionem prius Ausones habitaverunt. Brutii multo post tempore, & ab Hannibale, & a Rom. propter eorum perfidiam deleti pæne fuere; sine dignitate, sine honore ad servilia semper opera coacti. Pompon.*

in Brutiis pecuariæ nobiles, Varr. 2, 1.

Brutus orator; Col. 1, Præf.

Bryaxis, statuarius, Col. 1, Præf. *Vid. Plin. 34, 7 & 8. Schœttg.*

Bryonias s. Bryonia, Col. 10, 250. *herba est, quæ pampinorum amœnitatem præstat: ideo in fenestris ponitur, luxurians semper, alligatque, quidquid obviam habet. Pompon.*

Bubilia ut ædificanda, Cat. 4. Varr. 1, 13. Col. 1, 6.

Bubulcus & armentarius *differunt*, Varr. 2, Præf. *Nimirum* armentarius *pascendi causa habetur; &* armenta *dicuntur Varroni de L. L. 4, p. 25 quasi* aramenta, *non quæ adhibentur ipsa ad* arandum, *sed unde* eliguntur ad arandum: bubulcus *autem inter arandum boves gubernat, quod v. g.* Col. 1, 9 *&* 2, 13 *apparet. Sed ipse Varro h. l. etiam*, bovem & armentum *satis distinguit.* arator, Col. 2, 5 & 13. qualis esse debeat, Col. 1, 9. bubulci cella, Col. 1, 6. officium in arando, Col. 2, 2.

Bubulina urina, Veg. 3, 4. bubulinum sevum, Veg. 3, 4.

Bubulum pecus, Varr. 2, 1.

Bucina inflata, Varr. 3, 13. ad bucinam omnia facere consuefaciendi sunt porci, Varr. 2, 4. *De* bucina *vel* buccina *pastorali Broukh. ad Prop. 4, 10, 29.* ad buccinæ sonum, Col. 6, 23.

Bucinatum est, Varr. 2, 4.

Bucolicon poema, Col. 7, 10.

Buculi juvenci, Col. 6, 2.

Βουγόναι apes, Varr. 2, 5. *Cf. Ælian.* περὶ ἰδιότητος τῶν ζώων, *ultimo secundi libri capite, quo laudes boum explicat. Ce-*

terum Scal. non credit Græcis βουγόνας *dictas, sed potius* βουγενεῖς, *& ita Varronem scripsisse; citatque Callimach.* ἄρμενα παρ' Δαναοῦ γῆς ἐπὶ βουγενέων. βουγόνας *autem ortum putat ex eo, quod statim sequitur,* bugoniam. *Mentem Scaligeri confirmat Hesychius:* Βουγενέων, τῶν μελισσῶν *&c.*

Bugoniæ auctor, Varr. 2, 5. Eumelus, *ut ex Hieronymo adduxit Salmasius ad Solinum c. 40, p. 603, qui tamen postea mutavit sententiam. In notis enim ad Hieronymi chronicon, quod cum notitia Bibl. Vinar. edidit H. L. Schurzfleichius n. 1250 ista habet:* Bugoniam Scaliger interpretatur *opus de apibus agens.* Sane βυγενεῖς apes sunt. Varro — Antigonus Carystius παραδόξων συναγωγῇ c. 33, p. 21 προσαγορεύει οὖν καὶ φιλήτας τὰς μελίσσας βουγενεῖς, λέγων, Βουγενέας φάμενος προσεφήσαο μακρὰ μελίσσας. Hæc etsi vera sint, vellem nihilo minus Scaligerum satius probasse, quod *Bugoniam*, quæ *Bugenogonia* hoc modo potius esset dicenda, Eumelus scripserit. Equidem repono, invitis etiam omnibus libris, *Theogoniam.* Constat enim e Clementis Alexandr. στρωμ. 6. p. 629, Eumelum Corinthium Hesiodi Theogoniam, καταλογάδην expressam pro sua venditasse. *Hæc adscripsi, quod in paucorum manibus est liber Salmasii.*

Bulbi Megarici, Cat. 8. Col. 10, 106. *Tria bulborum genera conjungit Ovid. R. A. 797 sq.* bulbi arundinum, *al.* oculi, Col. Arb. 29. *it.* 4, 32. *Cor. Celsus in bulbis numerat* allium & cepam: *Plinius discriminat, docens quomodo serendi sint.* Megaricos bulbos *laudat Cato. A poetis optimo epitheto* salaces *nominantur: quoniam stimulant venerem. Sunt præterea* bulbi *in radicibus arundinum, liliorum, aliarumque plantarum similitudine dicti. Hinc Plinius scribit,* radicem lilii unam sæpe bulbos quiquagenos emittere. *Item scribens* de asphodelo herba *sic refert:* Radix ejus napis modicis similis est, neque alia numerosior, octoginta simul acervatis sæpe bulbis: *& mox* radicem *i. e.* bulbos *interpretatur. Idem Plin. scribens & ipse de arundine, enarrat quid sit apud Columellam* bulbus *in radice arundinis. Plinii verba sunt hæc:* Seritur arundo bulbo radicis, quam alii oculum appellant, dodrantali scrobe. *Ab eodem Plinio* bulbosæ & bulbaceæ radices *appellantur, in quibus* bulbi *tales conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Beroaldus.*

Βούλιμος, Varr. 2, 5. *Sextus Pompejus:* Bulimon *Græci magnam famem dicunt, assueti magnis & amplis rebus præponere* Bu. *Hinc est, quod grandes pueros* Bupædas *appellant,*

& mariscam ficum Busycon. *Vid.* bulimus si permanserit, Veg. 3, 38. bulimum faciunt bovem jejunia, Veg. 3, 35. sustinent animalia, Veg. 3, 38.

Bulla est homo, Varr. 1, 1.

Bullita, *h. e. leviter cocta*, Veg. 1, 45.

Bullo. bullabit vinum, Cat. 105.

Bumamma uva, Varr. 2, 5. *Vox hybrida. Col. 3, 2. græce* bumaston *uvam dixit.*

Bumasti vites, Col. 3, 2. *Plin. 14, 1*: Tument mammarum modo bumasti. Μαστὸς *nimirum* mamma. *De βου augendi vid.* Βούλιμος.

Bunias, *rapi species*, Col. 10, 422.

Βούπαις, Varr. 2, 5. *vid.* Βούλιμος.

Buprestæ, Veg. 3, 15 & 78.

Bura fracta, Varr. 1, 19.

Burgundiones equi, Veg. 4, 6.

Burici equi, *vel* burichi, *manni*, *equi minores*, Veg. 4, 2.

Βούσυκον, Varr. 2, 5. *Vid.* Βούλιμος.

Butyrum, Col. 6, 12.

Buxeæ formæ, Col. 7, 8.

Buzyges Athen. Varr. 2, 5. *Fuit hic Atheniensis, quem bovem & aratrum invenisse tradit Plinius 7, 56. Hesychius:* Βουζύγης, ἥρως Ἀττικὸς, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας. ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. *Schœttg.*

Byzacium Afr. Varr. 1, 44. *Conf. Plin. 5, 4 & 17, 5 & 18, 10*: Utpote cum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modii reddantur. *Ursin. Salmasius ad Solinum c. 27 observat, videri* Byzacium *Varronem pro urbe accipere, quæ tamen regio. Sed ex particula* ad, *quæ idem ac* apud *est, id concludere non licet. Dicunt enim ita & alii auctores, ut* apud Orientem, *pro* in Oriente *Tacit. Annal. 3, 12, 1. Schœttg.*

C.

Caballiones marini s. equulei, Veg. 1, 20. 4, 12. *vid. Fabri thes. in* Hippocampus.

Cacabus novus, Col. 12, 48. figuli, Col. 12, 41. cacabo æneo coquito, Col. 12, 46.

Cachinno plena, Col. 10, 280.

Cacumen fici ut ponatur, Pall. 4, 10. nucis quo dirigendum in positione, Pall. 2, 15. cacumina ficorum piro-

rumve & malorum depangere, Col. 3, 21. ficulnea obruuntur, Pall. 4, 35. oleaftri, Veg. 3, 3. olivæ, Col. 5, 12. cacuminibus & talea feruntur cydonia, Pall. 3, 25. mora, *ib.* inverfis ziziphi grana, Pall. 5, 4. mentaftrum, Col. 11, 3.

Caçus latro, Col. 1, 3.

Cadetum quid aratoribus, Col. 5, 1.

Cadmia botryodes, Veg. 4, 11.

Cado. fi cadit fiftula, Veg. 2, 13 & 26. cum ufta ceciderint, Veg. 2, 48. *In quibus omnibus fignificat, vim morbi fractam.*

Caducus equus, Veg. 1, 25. * aqua, quæ abundat, per fiftulam exit, *der Abfall*, Varr. 3, 5. *cf. Polenum ad Frontin. p. 166.* * olea, Cat. 23. Col. 12, 50. fpica faturantur oves, Varr. 2, 2. ad caduca poma remedia, Pall. 3, 25. 12, 7.

Q. Cæcilius Atticus, qui ante T. Pomponius, Varr. 2, 2.

Cæcilia lactuca, Col. 10, 179, 182 & 190. *Conf. de ea Plin. 19, 8.*

Çæciliana *eadem*, Col. 11, 3.

Cæciliæ morfus, Col. 6, 17. Veg. 3, 4. *Forte etiam pro* cæcis muribus *reftituenda* Veg. 3, 77. *Serpentis nomen* Cæciliam *vult etiam Beroaldus.*

Cæco. cæcat oculum vitis humor defluens, Col. 4, 9 & 24. *de eadem re Græci* ἐκτυφλȣ̃ν, *v. g.* Geop. 5, 22. çæcabitur fpes, Pall. 1, 6. *Senfus totius loci, fi demferis allegoriam, hic eft: ne immittatur vineæ florenti foffor, cum facile nimis flores, vindemiæque fpes decutiantur.*

Cæcubus ager, Col. 3, 8.

Cæcus. cæca refectio, Col. 4, 32. cæci colubri, *h. e. lumbrici occulti*, Col. 10, 231. morbi, quorum caufas ne medici quidem perfpicere queunt, Col. 1, 5. cæcæ foffæ, Pall. 6, 3. Col. 2, 2.

Cædo. ne cædat frigus, Varr. 2, 1. cædere fœnum, Col. 2, 19. cædendæ filvæ modus, Pall. 6, 4. frondem, Col. 5, 8.

Cædua filva, Cat. 1. Varr. 1, 7. Col. 3, 3.

Cælius orator, Col. 1, Præf.

Cæmenticii parietes, Pall. 1, 10.

Cærefolii fatio, Pall. 3, 24. *it.* 10, 13.

Cæfar Vopifcus, Varr. 1, 7.

Cæfim facere, Col. 4, 25. petere, *ibid. Opponitur* ductim. *Synon.* ictu.

Cæfio, Col. 4, 33.

Cæfonianum præceptum, Col. 1, 4.

Cæfpitis herbam vivacem, Col. 10, 88.

Cæspoſo litore Cumæ, Col. 10, 130. Cæſpoſo *Crenius explicat* cæſpite pleno. *Sed Scaliger corrigi vult* Theſproto. *Ego verum puto* cepoſo, *in quo conſentiunt fere MSS. & editio antiquiſſima. Supereſt, ut aliunde conſtet, ceparum ferax fuiſſe illud litus, de quo nihil habeo dicere. Forte ut deinde* Ariciam porri matrem *laudat, ita hic* cepoſam *Cumam. Convenit enim his oleribus, certe in olla.*

Cæſus. cæſo lapide ſtructum, Pall. 1, 31.

Cætabulum Melanthii, Cat. 102. *Hoc verbum nihili, quocunque modo in Victorii ed. venit. habetur quidem jam in edit. Gryphii 1541. Servatum deinde eſt propter auctoritatem viri ſummi.* Acetabulum *verum putamus.*

Calabræ oves, Col. 7, 2.

Calabriæ maritima, Col. 11, 3.

Calabrica oliva, Col. 12, 49.

Calabrici inſeritur tuber, Pall. 10, 14. *Plin. 17, 10, ſ. 14:* Tuberes melius inſeruntur in pruno — & in calabrice: ea eſt ſpina ſilveſtris.

Calametis liberare vineas, Col. 4, 27. *h. e. fragmentis calamorum, ex quibus formata ſunt juga. Sed variat lectio.*

Calamitate afficere, Varr. 2, 1.

Calamitoſus ager, Cat. 35. calamitoſum, Cat. Præf. prædium, Cat. 1. *quod multis tempeſtatibus eſt ſubjectum.*

Calamus (*cum* ſchœno *junctus*) Cat. 105. aromaticus, Col. 12, 52. Veg. 4, 13. *Eſſe eum, qui inter nos* Calmus *dicitur, oſtendit Wedelius Exercit. Cent. 2. Dec. 3, 5. Schœttg.* Syriacus, Veg. 4, 13.* Calamus defigitur, Col. 3, 15. calamo applicare vitem, Col. 4, 4. acuto intercidere olivas, Pall. 12, 22. calami fabaceæ meſſis, Pall. 12, 1.

Calaſticus, *vid.* chalaſt.

Calatho ſimilis cinara, Col. 10, 240. calathis infuſum lac, Col. 10, 397. *adde* Col. 7, 8.

Calcaribus cædere equos, Veg. 1, 56. calcaria gallinarum, *Col. 8*, 2. calcis aculeos *vocat ibid.*

Calcaria fornax uti facienda, Cat. 38.

Calcarius, Cat. 16.

Calcatorium, Pall. 1, 18.

Calcatu aſſiduo terra ſolidetur, Pall. 2, 13.

Calcetis battitura, Veg. 2, 26. *pro* chalcitis *puto. Conf. 4, 16 & 19.*

Calceamenta (calciamenta) utrique ſexui convenientia, Col. 12, 3.

Calceatis pedibus, Veg. 2, 58.

Calceabis (calciabis) animal, Veg. 2, 55. calceantur solea, Pall. 1, 24.

Calcitrosus bos, Col. 2, 2.

Calco. si calcavit surculum, Col. 6, 15. calcant quædam gallinæ velut mares, Col. 8, 5. calcare manibus, Cat. 117. *Conf.* Cat. 52. fistucis vectibusque, Cat. 28. *add.* Pall. 2, 20. calcabis foramina, Veg. 2, 43.

Calculosus ager, Col. 3, 11. calculosum jumentum, Veg. 1, 46. calculosa loca, Col. 5, 10.

Calculo posito, videt conducere, Col. 3, 3. *h. e. subducta ratione.* calculi (*al.* talioli) *inter partes & membra equi*, Veg. 4, 2.

Caldorem & frigus, Varr. 3, 9. *add.* 1, 41 & 55.

Caldus ager, Cat. 6. caldo sole, Varr. 3, 2.

Calfacere dolium, *pro* calef. Cat. 69.

ad Calendas Octobr. primas, Cat. 147 & 148. ante Calend. Jan. primas, Cat. 148. *vid.* primus.

Cales. Calibus quæ emantur, Cat. 135.

in Caliculis obruta semina, Pall. 12, 7.

Calidaria maltha, Pall. 1, 41. *qua loca in balneis scissa & corrupta reficiebantur. Salmasius ad Solinum c. 52, p. 771. Schœttg.*

Caligant amnes nebulis, Col. 1, 5.

Caligo æstuosa, Col. 11, 2. *quem* æstum nebulosum *vocat ibid.* inter caligines, Col. 3, 1. Pall. 3, 9. *h. e. nebuloso & frigido aere.*

Calix novus, Cat. 39. in calice aquam quærit vinum, Varr. 1, 8.

Callidissimus rerum naturæ, Col. 7, 3. callidissimi rei rusticæ, Col. 2, 2.

Calliope mea, Col. 10, 225.

Callis. calles silvestres longinqui ovium, Varr. 2, 9. *add.* 10. *viam pecudum callo tritam*, *ostendit ex Varrone præsertim Turneb.* 3, 22.

Callisto sidus occidit, Col. 11, 2.

Callistruthiæ fici, Col. 5, 10.

Callistruthis ficus, Col. 10, 416. *Plinio Callistruthiæ parum sapore præstantiores, ficorum omnium frigidissimæ. Italis vocantur* Digitelle. *Bodæus a Stapel ad Theophr. hist. plant.* 4, 6, *p.* 385. *Schœttg.*

Callositas fistulæ, Veg. 2, 27. narium, Veg. 2, 21. *sunt oppositi utrinque septo parietes callosi in jumentis.*

Callosus cum molli jucunditate tactus, Pall. 10, 17.

Callum in ulmeis foliis, Pall. 4, 10.

Calor incipit, Col. 11, 2. ubi calor temporis cœperit, Pall. 4, 1. calore refrigerato, Pall. 7, 7. calores æstuum Col. 1, 5.

Caltha flammeola, Col. 10, 307.

Calvaria equæ, asinæ, Pall. 1, 35.

Calvescunt colla, Col. 6, 14. Veg. 3, 4. castaneta, Col. 4, 33.

Calvitium loci, Col. 4, 29.

Calvus. calva a vite vinea, Cat. 33. calvæ nuces, Cat. 8. Calvas *simpliciter vocat Petronius c. 66. ubi vid. Heins. Ratio nominis, quod undique putamine cinctæ circa verticem nudæ sunt. vid. Bodæus a Stapel ad Theophr. hist. plant. 3. 15. Schættg.*

Calx, *pedis pars:* calcis aculei in gallinis, Col. 8, 2. *h. e. calcaria.* calcibus proturbare, Col. 6, 37.

Calx partiario coquenda uti detur, Cat. 16. melior quæ, Pall. 1, 10. calce arenato, Cat. 18. *item* Pall. 3, 25, *MS. Erf.* calx vivus, *pro vulg.* viva.

Camaræ marmorato factæ, Varr. 1, 59. *h. e. tecta conclavium fornicata, vel structura simili.*

Cameleon, *vid.* chamæleon.

Camera tectus locus ut testudo, Varr. 3, 7. *add.* 3, 8. cameræ more juncti pampini, Col. 4, 17. supra cameram pulvis, Col. 11, 3. cameræ in balneis, Pall. 1, 40. in agresti ædificio ut fiant, Pall. 1, 13. camerarum tectoria, Pall. 1, 10.

Cametris, *pro* chamedrys, Veg. 3, 52.

Cammarus, Col. 8, 15. cammari anatibus objiciuntur, Varr. 3, 11. alunt pisces majores, Col. 8, 17. *Inter cochlearum genera recensentur a Plinio H. N. 32, 11. Græce dicitur ἀσταχός. Apicius Art. Coq. 2, 1:* Isicia fiunt marina de cammaris & astacis. *Ubi recte notat Humelbergius, unam vocem per alteram ab Apicio explicari. Joannes Geometra Tetrasticho 12:* Ἀσταχὸς οὐδεὶς ἐστιν ἀνέστιος, οὐ λιπόπατρις. *Vertit Fed. Morellus:* Gammarus haud ædes proprias patriamque relinquit. *Schættg.*

Camœnæ Græcæ, Col. 2, 2.

Campanam plerique appellant inulam, Veg. 3, 70.

Campaniæ levis terra, Varr. 2, 6. ſolum facile, Col. 5, 4. *conf.* 6, 1. terra pulla, Cat. 135. boves, Col. 6, 1.

Campanicæ fiſcinæ, Cat. 135 & 153. Campanica aratra, Cat. 135. ſerta, Cat. 107. *De hac ita Plin. 21, 9:* Meliloton, quod ſertulam Campanam vocamus. Eſt enim in Campania Italiæ laudatiſſima, Græcis in Sunio, mox Chalcidica & Cretica, ubicunque vero aſperis & ſilveſtribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatas indicio eſt nomen ſertulæ, quod occupavit. Odor ejus croco vicinus, & flos, ipſæ canæ. *Ponted.*

Κάμπη, eruca, Col. 11, 3. τὰ δ' ἐκ λαχάνων, ὡς κάμπη Sext. Empir. 1, 14. Campe hirſuta, Col. 10, 324. *Puto hanc eſſe, qui alias* Involvulus *dicitur, quod ipſa Græcorum origo in voce* campe *non refugit, & Columella de eadem infra* 10, 366 *ſic:* Volvitur ad terram diſtorto corpore campe. *Nimirum ex vineis, vel aliis fructibus incidit in flores, vel ad illos, ubi decidit, repit.* ut profligetur, Pall. 1, 35.

Campeſter locus qui melior, Varr. 1, 6. campeſtris ager, Col. 3, 14. locus, Col. 3, 13. ſitus, Col. 7, 2. campeſtres ſationes, Col. 11, 3. vineæ, Col. 12, 21.

Campi qui probentur, Col. 2, 11.

Canalicula, Varr. 3, 5.

Canaliculus perpetuus, Col. 8, 15. canaliculi digitales, Pall. 6, 11.

Canalis & ſolea oleo conficiendo, Col. 12, 50. longus, Pall. 2, 15. perpetua, Varr. 3, 11. rotunda, Cat. 18. faucium, Veg. 3, 24. canales anguſtas, quæ, Varr. 3, 5 & 7.

Cancelli ſcenici, Varr. 3, 5. *Hos cancellos interpretatur Burmannus ad illud Ovidii Amor. 3, 2, 64,* Cancellis primos inſeruiſſe pedes, *parallellos gradibus, & impoſitos illis, aſſeres inferiores, (ſed nihil prohibet, quo minus fuerint* cancelli perforati, *quod arguit* inſeruiſſe *illud Ovidianum, & ipſa* cancellorum *appellatio) qui prohiberent ſcilicet, ne quis nimis latum ſedilis ſpatium occupare, & poſt ſe ſedentis premere pedes poſſet; quamquam non ita alti erant, ut injurias poſt ſedentis in eum, qui tergum illi obverteret, plane arcerent. His rurſus cancellis ad perpendiculum imminebant lineæ, quæ humeros ſedentium coercebant, ne reclinare ſe in poſt ſedentes poſſent, neque aliquis de ſuperiore gradu in inferiores detrudi, ac ſtragem ſic & ruinam facere; ita tamen, ut ſpatium, inter utrumque aſſerem patens, poſteriorum genua tranſmitteret. vid. Burmann.*

ad l. c. 19. Hic Varronis locus mirifice facit ad ſententiam viri doctiſſimi confirmandam. Quamquam Varro videtur cancellorum *nomine hic* lineam *etiam ipſam complexus.* Cancelli ænei, Col. 8, 17.

Cancellavit ſolum, Col. 4, 2.

Cancer. ne in cancrum tranſeat vulnus, Veg. 3, 2 b. canceres purgabit braſſica, Cat. 157. *vid. Rhod. Lex. Scribon.* Cancri Lernæi brachia, Col. 10, 313. cancri aduſti nitor gravis, Col. 9, 5. *Conſ. Plin. 11, 19:* Cancrorum etiam, odore, ſi quis juxta coquat, exanimantur. *Neque vero de coquendis ad menſarum uſum cancris loqui Plinium credibile eſt, ſed de urendis ad uſum non unum medicum cancris, v. g. ad morſum canis rabidi Plin. 32, 18 & 19, ad ſphacelum ibid. c. 40, ad defluvium capillorum ibid. c. 47. Quin adverſus carbunculum arborum & pruinas noxias commendant Plin. 18, 70, itemque Apulejus Geop. 5, 31 fumum cancris ſub dio aduſtis excitandum. Hæc in Chreſtomathia Pliniana me jam monere memini, ne miraretur quiſpiam, cur cancros adurere prohibeamur, quod nemo temere facturus videatur. Conſ.* Pall. 1, 37. fluviales, marini, πάγουροι, Pall. 1, 35.

Canceraticus fœtor, Veg. 2, 43.

Canchremata quæ dicuntur Mulomedicis, Veg. 2, 22. *credo a* grangræna *vel a* cancro *productam* vocem.

Cancromatæ plagæ, Veg. 4, 19.

Candelas ſebare, Col. 2, 22.

Candere ſæviſſime, Col. 1, 4. *de agro.* candens aqua Col. 6, 5. Veg. 1, 17. ſebum, Col. 7, 5. candente aqua glabrantur porci, Col. 12, 53. candente ſole, Col. 6, 13. Veg. 3, 4. aere, Veg. 3, 24.

Candetum Gallis quid? Col. 5, 1. *Pertinet huc, quod Dufreſnius docuit* candretum *eſſe portionem agri centum villarum, a* Cant, *quod Britannica lingua veteri* centum *ſignificat.*

Candidato ſuo ſtudere & præſto eſſe, Varr. 3, 2. gratulari, Varr. 3, 17.

Candoſocci Gallis qui? Col. 5, 5. *Auctor libri* (Aſtruc) *Memoires pour l'hiſt. nat. de Languedoc p. 463 docet* Cand *ſ.* Cowand *ſignificare propaginem, &* ſocco *ſ.* ſoucro *caput vitis. Vid. Steph. præd. ruſt. p. 312.*

Caneſcit lanugine vitis, Col. 3, 2.

Canicula apparet, Col. 11, 2. caniculæ ſignum, Varr. 1, 28. ortus, Col. 2, 21. Pall. 7, 7. Canicularum æſtu fa-

tigatur arbor, Pall. 11, 12. canicularium, *Jens.* canicularum ortu, Pall. 8, 6. *MS. Sylb.* canicularium.

·Canicularis sol ardentior, Veg. 3, 36.

Caninum studium, Col. 1. Præf. *est causidicorum & rabularum, qui id egerunt, ut homines eloquentia sua morderent. Talem* caninam eloquentiam *Ciceroni quoque tribuit Lactantius 6, 8, 26. Ovid. in Ibin v. 14:* Jactat in toto verba canina foro. *Pertinent huc, quæ exstant apud Plaut. Menæchm. 5, 1, 14:* Non tu scis mulier, Hecubam quapropter canem Graji esse prædicabant? *&c. Confer præterea Cujacium Observ. 4, 40. Douzam fil. & Erhardum ad Petronii Fragm. p. 687. Crenium part. 10, p. 43. Schœttg. Buchnerus addit Prudent. hamartig. 402:* Inde canina foro latrat facundia toto: *& conjicit*, caninum facundiæ studium. *add. Hieron. ad Minerv. pr. Ciceroniana cum canibus & anseribus comparatio in oratione pro Roscio notissima. add. Quinctil. 12, 9, 9.* canini dentes, Varr. 2, 7.

Canis se vespere celat, Col. 11, 2. canes in cœlo, Varr. 2, 1. canes trium generum sunt, Col. 7, 12. idonei rei rusticæ qui? Varr. 1, 21. de canibus Varr. 2, 9. *int.* Col. 7, 12. canum nomina, Col. 7, 12. canes ut noctu acriores & vigilantiores sint, Cat. 124. ut medicandi sint, Col. 7, 13.

·Canistris sacris aptatæ Telluris comæ, Col. 10, 277. canistros e salignis virgultis, Pall. 12, 17.

Canna vulgo degener arundo dicitur, Col. 7, 9. cannæ similis arundo gracilis, Col. 4, 32. canna viridi & radicata agitare dolium, Pall. 11, 14. ex canna agitare, Pall. 11, 17. ex canna canales, Pall. 4, 15. ad instillandum unguentum, Veg. 2, 58. 3, 4. canna viridi scindere olivas, Col. 12, 48. cannæ factæ, Col. 12, 15. ad cameras, Pall. 1, 13. circa vites dispositæ, Pall. 3, 11. cannarum repositio, Pall. 1, 32. cannas spisse textas, Col. 12, 50.

Cannabina retis, Varr. 3, 5. cannabini funes, Col. 6, 2. 12, 50. cannabinæ tegeticulæ, Varr. 3, 8. Col. 8, 9.

Cannabis satio, Col. 2, 10.

Cannabum quando seratur & quomodo, Pall. 3, 5, 4, 5.

Canneæ tegetes, Col. 12, 50.

Canneta quomodo colantur, Pall. 3, 23.

Canopo hilari nata sampsuca, Col. 10, 171. Canopum *in Ægypto urbs, haud procul ab Alexandria, (quam ferunt condidisse Menelai aurigam* Canobum; *inde mutata litera* Canopum) *quæ ideo hilaris dicitur, quia homines ibi semper vo-*

luptatibus erant dediti. Vide quæ notat Cellarius ad Silium Italic. 11, 433, & Heinſ. ad Ovid. Am. 2, 13, 7. Schœttg.

Cantabricus ſuccus, Veg. 3, 57. *Forte eſt* Cantabricæ herbæ, *quam* Vettonicæ *genus faciunt: deſcribit Plin. 25, 47. Viſam ſibi negat Harduinus, ſed pictam eſſe docet in Cluſii hiſt. rar. plantar. p. 49. Adoptavit hanc ſententiam auctor verſionis Anglicanæ, nulla Geſneri mentione facta.*

Canteriatæ vites, Col. 5, 4. *Conf.* 4, 12.

Canterinum hordeum, Col. 2, 9 & 11. Pall. 10, 4. 11, 1. *a canteriis, quod ejuſmodi animalia bene paſcat. v. Bochart. Hier.* 1, 2, 9.

Canteriolis interpoſitis, Col. 11, 3.

Canterius, equus caſtratus, Varr. 2, 7. * mons in Sabinis, Varr. 2, 1. * in vinea, Col. 4, 12 & 14. ex arundine, Col. 11, 3. * in canterio ſuſpendendus equus, Veg. 2, 47. *Secunda ſyllaba aſpirationem interdum habet: recte an ſecus n. l.*

Cantharides in roſis, Pall. 1, 35. ne vitibus noceant, *ibid.*

Cantio (*incantatio*) ad luxum, Cat. 160.

Canto. cantare, *incantare*, Cat. 160. Varr. 1, 2.

Cantrices aves, Varr. 3, 5.

Cantibus magicis ſopitum anguem, Col. 10, 367.

Canus color equi, Pall. 4, 13.

Canuſinus ager, Varr. 1, 8.

Capella quæ probetur, Col. 7, 6. Pall. 12, 13.

Caper qui probetur, *ibid.*

Capillamenta ſeminum, Col. 4, 11. ſupervacua radicum decidi debent, Pall. 11, 12. ex minimo capillamento (vitis) poteſt fieri furunculus, *h. e. germine*, Col. 4, 22.

Capillus & barba magna in antiquorum ſtatuis, Varr, 2, 11. muliebris remedium pullis a ſerpente afflatis, Col. 8, 5. plenior apum regibus in ventre, Col. 9, 10. Pall. 7, 7.

Capio. capere dulcedinem, Col. 11, 2. noxam, Col. 6, 2. radicem, Cat. 51 & 133. ſiliculam, Varr. 1, 23. * capiant oleum, Cat. 67. *i. e. novis ſubinde vaſis labriſve excipiant, fæcibus in eo relictis, unde depletur.*

Capiſterio expurgare fruges, Col. 2, 9. *Eſt ſpecies vanni, qua frumenta expurgantur. Goffridus Vindocinenſis Serm. 11:* Nutrix vero illius (*Benedicti*) cum a vicinis mulieribus capiſterium accepiſſet, quo modicum tritici, quod eis pro Dei amore collatum fuerat, purgare debuiſſet, vas ipſum ſuper menſam non bene collocatum cecidit, & ita confractum eſt, ut in duas partes inveniretur diviſum.

Schættg. qui in Antiquitatibus trituræ pag. 64 addit locum e vita Scholasticæ ap. Bollandum Febr. T. II, pag. 404.

Capiſtrantur ad jugum boves, Col. 6, 19. 11, 2.

Capiſtrum *proprie*, Varr. 2, 6. Cat. 12. *in preli inſtrumento retinaculum, quo tanquam freno capitur* &c. *Turneb. 8, 6.* * capiſtro conſtringitur vitis, Col. 4, 20. *vid. Scheffer. de re vehic. 1, 13. Schættg.*

Capitatus porrus, Pall. 3, 24. Col. 11, 3. capitata vinea, Col. 5, 5. *quæ creſcit in caput & robur craſſitudinis accipit in ſtirpe. oppon.* brachiata. *Beroald.* capitati clavuli, Varr. 2, 9.

Capitellum paracenterum, Veg. 2, 17. capitella allii, Veg. 1, 18.

Capito piſcis, Cat. 158. *Græce κέφαλος, eſt ſpecies mugilis, capite craſſo latoque, qui ad alvum ſolvendam prodeſt, ſic ut mutulus & cochlea, ex præcepto Horatii Serm. 2, 4:*— ſi dura morabitur alvus, Mutulus, & viles pellent obſtantia conchæ. *Popma.*

Capitolii occupatio anſerum clangore impedita, Col. 8, 13.

Capitulum in torculario, Cat. 18. ſarmenti, Col. 3, 17. capitula cepæ, Col. 11, 3. in malleolo, Col. 3, 17. *eſt tuberculum illud novi ſarmenti in vite, quo committitur duro, e quo enaſcitur.*

Caponis ſanguine macerata faba, Pall. 12, 1. *vid.* Capus. in Cappadocia ſpeluncæ pro granariis, Varr. 1, 57.

Cappadocia lactuca, Col. 11, 3.

Cappadocus ſal, Col. 6, 17. Cappadoca gens, *it.* lactuca, Col. 10, 184 & 191.

Cappadox. Cappadoces equi, Veg. 4, 6.

Cappar ſeritur, Pall. 11, 11. Capparis *MS. Sylb.*

Capparis ſatio & cultus, Col. 11, 3. Siculi radices, Veg. 4, 10.

Capra Anniorum cognomen, Varr. 2, 1.

de Capris, Varr. 2, 3. Col. 7, 6 & 7. Pall. 12, 13. unde dictæ, Varr. 1, 2. 2, 3. capræ pilus, Varr. 2, 11. capræ feræ, Varr. 2, 1. earum ſaltus, Varr. 2, 3. glabræ, *ibid.* capras ſanas ſanus nemo promittit, Varr. 2, 3. Aſtrologia in cœlum recepit, Varr. 1, 2. 2, 1 & 3. Capra exoritur, Col. 11, 2. occidit, Col. 11, 2.

Caprarii, Varr. 2, 3.

Caprafia inſ. Varr. 2, 3.

Caprea in vicia, Varr. 1, 31. in vite parit capreolum, & quid eſſet

Capreolus, *ibid.* capreolus ferramentum bicorne ad terram commovendam, Col. 11, 3.

Capreida planta, Cat. 122. *Ita vocant fruticem, quem vulgo* Caprifolium, *vel* Matrisilvam, *Græci nominant περικλύμενον, mire efficacem ad movendam urinam. Nam & semen & folia decocta & assumta in vino, tanta vi urinam educunt, ut a sexto die sanguis eam consequatur. Legendi Dioscorides l. 4, & Plin. 27, 12. Popma.*

Capricornus *sidus*, Varr. 2, 1.

Caprificari arbores fici quando soleant, Pall. 4, 10.

Caprificus ficulneis arboribus suspendend. Col. 11, 2.

Caprile quale esse debeat, Col. 7, 6. caprilia, *um*, Varr. 2, 3.

Caprilii unde dicti, Varr. 2, 1.

Caprinus grex, Varr. 2, 3. caprinum pecus, Col. 7, 6 & 7. genus quibusdam modo Diis immolatum, Varr. 1, 2. caprina folia, Veg. 3, 2. *ut videtur*, Caprifolium, Periclymenon, Capreida *Catonis*.

Captivi apri, Varr. 3, 13.

Captans acquirere voluptatem, Col. 8, 11.

Capua pinguis, Col. 10, 132.

Capulatoris officium, Cat. 66. Col. 12, 50 & 52. *vid.* Capulare. Caplatores *sunt in inscr. apud Gruterum p. 1088, 3.*

Capulo. capulantur jaculis boves, Col. 6, 2. *i. e. capiuntur, jaculis funibus cornibus injectis.* Capulare *enim est captare, a* capio *eadem forma derivatum, ut* jaculari *a* jacio, *vel a* specio speculari. *Ab hoc ipso verbo etiam* capulator *dictus est, qui* capulet *oleum, i. e. capiat de amurca, depleat: &* capulus *gladii est, quo ille capitur &c. Barbari* capulare *pro vulnerare dixere, ex ipsa* capiendi *significatione, ut nostri* einen Fang geben.

Capulo proxima pars falcis, Col. 4, 25.

Capus, Varr. 2, 7. *vid.* capo. capi semimares, Varr. 3, 9. Col. 8, 2.

Caput equo si doleat, Col. 6, 30. * *pro toto animali:* caput conservatur minimæ partis jactura, Col. 6, 5. grex XXV capitum, Col. 8, 11. XXX capitum, Col. 8, 5. capita ducenta sub uno pastore, Col. 8, 2. per caput animalium, *h. e. unicuique animali*, Veg. 1, 18. * *propter similitudinem dicitur* caput allii, Col. 6, 34. porri, Col. 11, 3. ulpici, Cat. 71. in caput crescit cepulla, Pall. 3, 24. porrum, Pall. 11, 11. * *pro stirpe arborum & radicibus:* a capite propagari, Cat. 51. *add.*

Cat. 36. *it.* Cat. 33, 41, 51, 95. capita castanearum, Col. 4, 33. *h. e. quantum ex una castanea crescit.* oleagina, Cat. 43. vitis, Col. 3, 10. 4, 2 & 24. 5, 6. *Ita* caput vitis fit virga Col. Arb. 7, *postquam ex cacumine in scrobem demisso radices egit, & a matre amputatur, ein eigener besonderer Stock.* * *Sed* caput malleoli *est* Col. 3, 18 & 19, *qua matri abscissus est, servata metaphora mallei, cujus item* caput *est massa illa ferrea manubrio apta.* * *Ita* trunci *in vite* caput *est, ubi ille in plures palmites & quasi brachia spargitur*, Col. 4, 17, 21, *& inprimis* 4, 24. * caput aquæ *fons est*, Pall. 9, 8. capita fossarum, *principia*, Pall. 6, 3. * *pro sorte in re pecuniaria*, capitis amissi jactura, Col. 11, 1. * *præcipuum:* caput disciplinæ, Col. 11, 1. caput est in omni negotio, Col. 1, 1. * *principium sive extremum: ut* de capitibus ungularum calcant, Veg. 2, 54. a capite, *h. e. ab initio, da capo*, Veg. 4, 8.

Carbones falsi *pro sale adhibiti*, Varr. 1, 7. *conf. Plin. H. N. 31, 40:* Quercus — per se cinere sincero vim salis reddit; alibi corylus laudatur: ita infuso liquore salso carbo etiam in salem vertitur. Sambuci, *s.* turiones, Garg. Mart. supra carbones incidis pilulas cypressi, Veg. 3, 3 b.

Carbunculosus ager, Col. 3, 11.

Carbunculus quæ terra, Varr. 1, 9.

Carceres aperire & emittere equos, Varr. 2, 7. a quibus carceribus decurrat ad metas, Varr. 1, 3.

Carcharus piscis, Col. 8, 17.

Carcinoma ut sanetur, Cat. 157. carcinomata præcidit ustio, Veg. 1, 28.

Cardiacus equus, Veg. 1, 25. *it.* 2, 4. bos, Veg. 3, 52.

Cardo cœli, Varr. 1, 2. *polus arcticus, qui centrum est circuli septemtrionalis. vid. Gœs. ad Sic. Flacc. p. 134.* a cardine ad orbem, Varr. 3, 5 *bis. h. e. a centro ad peripherian.* * cardines mundi loco movendos credidit Hipparchus, Col. 1, 1. * cardinibus, quibus steterant, opponuntur arbores, Pall. 3, 19. *h. e. plagis: de qua significatione Gœs. ad Scriptt. rei agrar. p. 134.*

in Carduetis cati & mustelæ, Pall. 4, 9.

Cardui satio & cultura, Pall. 4, 9. 11, 11. *Intelligitur nempe* sativus *Græcis κάκτος & κινάρα. Varr. Geop. 12, 39. ex quo pleraque noster hausit. Pluribus illum describunt Jo. Bapt. Porta Villæ 10, 57. Salmas. ad Solin. c. 19, p. 159, c. 33, p. 371; & ad Tertullianum de pallio c. 2. Schættg.*

Carenariæ, Pall. 8, 7. *sunt vasa coquendo* careno. *Ita quoque Turn.* 13, 23.

Carenum *vel* carœnum, *it. Crescentio* caroenum, *genus vini cocti, & dulcis*, cum tertia perdita duæ partes remanserint, *ut describitur Pall.* 11, 18. *e quo repetit Crescent.* 4, 24 *extr. Bern. Bonævall. Abb. l.* 2. *de vita S. Bernardi ap. Cangium h. v.* Panis ibi opicus pro simila, pro careno sapa, pro rhombis olera, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur. *Ivo Carnot. Ep.* 287 *ap. eundem*, Vinum quoque meum, cum sitio, non curo sapa sit an carenum. *ubi aperte præstantius atque delicatius* carenum sapa *fuisse indicatur. cum tamen antiquioribus, quod infra ostendimus*, sapa *regnum vinorum dulcium fictorum obtinuerit. De etymologia Turneb. Advers.* 13, 23, *ubi a Caribus derivat inventoribus, cum Cassiodorus in tripartita historia* Carenos *vocet, qui in Græco sunt* Κᾶρες. *Juvat illius conjecturam Galenus de comp. medic. sec. locos apud Lud. Nonium Diæt.* 4, 13: Verum Atticissantes ipsum (ἕψημα) Siræum vocant, quemadmodum alii *Caricarum decoctum* Siræum appellandum censent. *Laudat Nonius etiam Paulum Ægin.* 3, 28, Σιραῖον ἀπὸ ἰσχάδων. Carænum *Apicio* 1, 33, *ubi cum defruto conjungitur, & alias restituit Humelbergius. De toto genere vinorum ita decoctorum vide Linden. sel. med.* 10, 36 *sqq.* * Cārenum *in condimentis aridis quidam legunt* Col. 12, 49. *sed restit.* carpum.

Carecta quando exstirpentur, Pall. 9, 3.

Carex. caricis exstirpatio, Col. 11, 2. caricibus aut genistis teguntur porticus gallinariæ, Pall. 1, 22.

Carica creta, Varr. 1, 57.

Caricæ (*ficus*) Pall. 1, 26 & 30.

Cariem vetustatis recipit vinum, Col. 3, 2.

Carina nucis, Pall. 2, 15. *Nux navis quandam habet similitudinem, quæ tamen optime omnium in amygdala potest conspici, in qua pars ea, quæ inferius curvata est*, carina *dicitur a Plin. H. N.* 17, 10. *unde & ipsæ amygdalæ ibidem* falcatæ *dicuntur. Extremitates autem earum a Plinio* mucrones, *a nostro* cacumina *vocantur. Schœttg.*

Cariosa terra, Cat. 5. *it.* 34 & 37. *Copiose quid esset* cariosa terra, *interpretatur Plin.* 17, 5. *sed ut paulo aliter hunc locum legat:* Terram cariosam cave, neve plaustro, neve pecore impellas. *Interpretatur autem* cariosam *ex ligni natura*, aridam, fistulosam, scabram, canescentem, exesam & pu-

unciolam. *Sed paulo aliter accepit* Col. 2, 4, *qui conferendus est.* cariosior fit vetustate palmula, Varr. 1, 67.

Cariotta, *pro* caryota, Veg. 3, 64.

Carmen. carminis legibus implicare materiam hortensis rei, Col. 11, 1.

Carnarium *vulgo cellam accipiunt carni asservandæ, & fieri potest, ut id quoque significet. Sed sunt loca, ubi non potest cellam significare vel penu, verum instrumentum minus, in quo suspenditur caro. id cum obiter sit dictum in Fabro, & tamen ad nostros rusticos declarandos aliqua parte valeat, juvat paulo accuratius explicare. Igitur auctor moreti v. 56 de Simulo suo:* Non illi suspensa focum carnaria juxta Durati sale terga suis, truncique vacabant: Trajectus medium sparto sed caseus orbem, Et vetus adstricti fascis pendebat anethi. *Hinc apparet* 1) carnarium *fuisse instrumentum ad focum suspensum.* 2) *in eodem pependisse caseum atque* anethum. *quod posterius observandum, ut lux inde accedat Plinio, qui 18, 60* in carnariis florere *narrat* pulegium. *De eadem re idem 2, 41:* floret ipso brumali die suspensa in tectis florentis herba pulegii. *Scilicet a potiori usu* carnarium *vocabatur instrumentum uncis instructum pluribus, non procul a foco suspensum, unde porro suspenderentur tum caro præsertim, tum alia, quæ sicca servari, ope modici caloris cum fumo a foco orti interterat. Ita in carnario funes suspensi Cat. 68. Quæ ita in alto pendebant, ea promebantur inde furca. quod apparet ex Petronii diversis locis, qui non modo* furcæ de carnario raptæ *meminit cap. 96: sed etiam c. 135 quæ adhuc diximus confirmat omnia:* Enothea — pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat (*quale quid de* anetho *&* pulegio *vidimus*) ad usum reposita, & sincipitis vetustissima particula. *Idem* sinciput *Enothea c. 136 pr.* in carnarium furca reponit. *Altum hoc fuisse sic satis, non furcæ tantum ministerium indicat, sed* sella *etiam,* quæ staturæ anus altitudinem adjecerat. *Nimirum etiam hinc apparet, non habuisse domus, pauperum certe, qualis hic describitur, caminos fumo excipiendo peculiares, sed fumo, non ita ut apud lautiores frequenti, liberos patuisse in tectum vel per ipsum tectum exitus. Sed de his Burm. ad Petr. c. 135, p. 646 sq. Adde Philandrum ad Vitruv. 7, 3, p. 132. qui multa cum asseveratione negat habuisse caminos cubicula seu conclavia veterum. Sed ad* carnarium *redeamus. Pensile quid fuisse apparet, non tantum ex vet. gl.* κρεμάστρα carnalium, *ubi* carnarium *legendum, sed etiam ex Plaut. Capt. 4, 4, 6:* Adveniens

deturbavit totum cum carne carnarium. *Id. Pseud.* 1, 2, 64: Nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodie Mihi erunt, — te stringam ad carnarium. Carnarium grande tergoribus *vix dici potest cella; sed bene potest instrumentum uncis pluribus instructum, qualia hodie videmus vulgo. Apparet etiam ratio ridicularum minarum, q. d. nisi datur mihi affatim porcinæ fumo duratæ, te pro porcina suspendam. In supellectili, quæ moveri potest, refertur a Varrone apud Non.* 15, 16, *p.* 545. *Merc.* Hæc adventoribus accedunt, cellæ, claves, claustra, *carnaria*, dolia, *tamen aut* sellæ *legendum, aut, quod expeditius, incisum tollendum post* cellæ. *Reliqua veterum loca, in quibus cellam aut penu forte significare possit, ita tamen sunt comparata, ut illam, quam explicavimus, interpretationem non excludant. Occurrit autem vox Cat.* 13 *&* 14. *Varr.* 2, 4. *Col.* 12, 53. *Periphrasis carnarii est ap. Sidon. Apoll. Epist.* 8, 11.

Καρπίκη an καρπική cytisus, Col. Arb. 28. *an quia τοῖς κάρποις, pecudibus, gratissima? Sylb.*

Caro. carnes olivarum, Pall. 12, 17. pirorum resolutæ, Pall. 3, 25. dura in carne & cute pira, Pall. 3, 25.

Carœnarium & Carœnum, *vid.* Carenum.

Carpathium pelagus, Col. 8, 16.

Carpenta stercoris, Pall. 10, 1. vehes *vocat* Col. 2, 5 & 6. carpenta sudant adminiculis in vinea advehendis, Veg. 3, Præf. *h. e. boves juncti.*

Carpinea manubria, Col. 11, 2.

Carpinus arbor, Col. 5, 7. atra, Cat. 31. *Carpinus atra ab agricolis hac ætate vocatur* ostrya, *ulmo similis; arbor in asperioribus montosisque locis frequens, cujus fructus plurimus, in racemum lupuli instar dispositus, calyce ceu vesica turgido obducitur, in quo semen. Quo calycis discrimine a carpino proprie dicta separatur; nam hæc de calyce multifido fructum producit. Amenta vero sive juli eadem fere sunt in utraque. Ponted. Cf. Plin. H. N.* 16, 75, *ubi tamen pro* carpino *legitur* sapinus. utilissima fabricis, Pall. 12, 15.

de compositis ex Carpo *vid. quæ in* spargo *observamus.*

Carptim, Col. 9, 15.

Carptura, de cibo apum, Varr. 3, 16.

Carpum, Col. 12, 49. Carpum *vocari* fœnum Græcum *herbarii docent;* carphos *est apud Plinium* 12, 120. *Porro* fœnum Græcum *esse in condituris aridis, Index noster docet, & Apicius* 5, 7.

Carſeolanus ager, Col. 3, 9.
Carthaginienſis ager, Varr. 1, 57.
Cartilago narium habet indicium epilepſias, Veg. 3, 33. ſi corrupta ſit, Veg. 2, 34.
Caryotæ Syriacæ, Varr. 2, 1. Caryota *legendum etiam* Veg. 3, 64, *pro* Cariotta.
Caſeale, Col. 2, 15. *locus, ubi lac aſſervabatur, & caſei conficiebantur. Schœttg.*
Caſeum omne, Cat. 76.
Caſeus recens & ſalſus, Col. 12, 57. Gallicus, *ibid.* caſei quando fieri ſoleant, Varr. 2, 11. ut differant, *ibid.* ut conficiantur & ſerventur, Col. 7, 8. Pall. 6, 9. domeſticis ut præparentur, Col. 12, 13. ut muſto condiantur, Col. 12, 42. caſei vitia, Pall. 6, 9. in caſeum lac cogitur, conducitur, glaciatur, Col. 7, 8. concreſcit, *ibid.* conſpiſſatur, condenſatur, *ibid.* gelatur, *ibid.* congelatur, *ibid.*
Caſia, *vel* Caſſia, Col. 9, 5. *Cneorum hoc eſſe*, κνέωρον, *apibus propter odorem apprime utile, obſervat ad Geop. 15, 2 Needhamus.* frondens pluribus locis Romæ, Col. 3, 8. cum caſia nectens balſama, Col. 10, 301. Caſſia fiſtula, Pall. 11, 14. nidaphantis, *ſ. potius* daphnitis, marmalitis, *ſ. potius* muſylitis, nardina, Veg 4, 13. nigra, *ibid.*
Caſinate agro, Cat. 136. in Caſinati, Varr. 2, 3.
Caſinia *MSS. fere habent apud Vegetium, ubi editi* Cathimia, *vel* Catimia, *pro* Cadmia, *v. g.* 4, 27. *Vid.* Cathimia.
Caſinum, *vel* Caſſinum, Col. 8, 16. ſub Caſino ornithon Varronis, Varr. 3, 4 & 5.
Caſſiope, *ſidus*, Col. 11, 2.
in caſſum recidit omnis impenſa, Col. 4, 3.
Caſtaliis guttis rotantia antra, Col. 10, 267.
Caſtaneæ natura, ſatio, cultura, Col. 4, 33. 5, 10. Pall. 3, 25. 12, 7. inſitio, Pall. Inſ. 155 & 161. caſtaneæ inſita pirus, Pall. Inſ. 67. malus, Pall. Inſ. 94. caſtaneæ ad ponendum ut eligantur, Pall. 12, 7. ut ſerventur, *ibid.* caſtaneæ materies ad quæ utilis, Pall. 12, 15.
Caſtaneti jugerum, Col. 4, 30. caſtaneta novella, Col. 4, 33. Pall. 12, 7.
Caſtigatores tot ſeculorum ſeri, Col. 8, 16.
Caſtimoniale liquamen de piris, Pall. 3, 25. *Palladii an ſit hæc vox, equidem dubito. Sed ſignificari arbitror potum, quo uti illis licet, qui* caſtimoniam, *h. e. abſtinentiam a vino ex voto vel alia quacunque de cauſa debent, ut de melitite Pli-*

nius 22, 54: solebat dari mulieribus vini abstemiis. Castimoniarum *superstitionem etiam de cibo & potu dici, ejusdem locus Plinii indicat obscurus alioquin 31, 44, ubi genus vel gari vel halecis ait* castimoniarum superstitioni sacrisque Judæis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus.

Castitas, *h. e. Minerva*, præsul olivæ, Pall. 1, 6.

Castoreum admiscetur clysteri, Veg. 3, 24. unguento, *ibid.* pulveri, *ibid.*

Castra ponere noctu, Varr. 3, 2. *h. e. pernoctare.* castra apium, Pall. 1, 37. stabularii, Col. 6, 23.

Castrationis vitulorum genera & præcepta, Col. 6, 26. Pall. 4, 13. 6, 7. duplex ratio in suibus, Col. 7, 11. tempus idoneum, Col. 11, 2. castratio agnorum, Varr. 2, 2. gallorum, Varr. 3, 9. *Gallinarum castrationem incognitam veteribus, usitatam hodie in Francia observat Menagius Menagian. Tom. 2, p. 108.* castratio arundineti, Col. 4, 32.

Castratoria ferramenta, Pall. 1, 43.

Castraturæ vulnera, Pall. 6, 7.

Castro. castrare caudas catulorum, Col. 7, 12. alvos apum, Col. 9, 15. alvearia, Pall. 7, 7. vites, Cat. 33.

Castrati ab igne (*vitiose, credo*) Veg. 3, 24. *f.* cauteriati.

Castus a rebus venereis, Col. 9, 14.

ad Catachlytum longanonis, Veg. 1, 42. *S. M.* catochidem. *Suspicabar* catacliſtum, *& intelligebam, ipsum sphinctera & sedem infimam. Probavique eam conjecturam Platnero, qui eam confirmavit ex Phavorin. κατάκλιτος, τελευτεία. Nimirum emendandum putat κατάκλειστος. Potest etiam κατακλεὶς, quæ ad os scapulæ alias pertinet, hanc rem significare, qua hic opus est.*

Cataclysmos, Varr. 3, 1.

•Cataloticum medicamentum, *vid.* catuloticum.

Cataplasma, *emplastrum*, Veg. 2, 14. cataplasmis utendum, Veg. 3, 3 b.

Cataplasmabis equum ex polline hordei, Veg. 2, 54.

Catastalticum, Veg. 4, 28. *vid.* catastolicum.

Catastematis recursu, Veg. 1, 17. *h. e. ejusdem constitutionis cœli ac siderum: eandem puto, quam κατάστασιν* Hippocratis interpretatur apud Gorræum Galenus, τὴν παρὰ φύσιν ἐν τῷ περιέχοντι (*aera intelligit*) κρᾶσιν.

Catastolicum medicamentum, Veg. 2, 22. *Quid sit, docet Dioscor. 2, 1,* τὸ τοῦ ἐχίνου ὄστρακον καταστέλλει τὰ ὑπερ-

σαρκοῦντα. *Saracenus vertit*, ea reprimit, quæ in ulceribus ipsis excrescunt. *vid.* Apostol.

Catellæ, *catenulæ*, Cat. 135.

Catenæ, Cat. 18. *sunt vincula lignea, quæ materiam arte compingunt, & præstant æqualem ac directam. Sic apud Vitruv. 7, 3:* Asseres cum ad formam circinationis fuerint distributi, catenis dispositis, ad contignationes, sive tecta erunt, crebriter clavis ferreis fixi religentur: eæque catenæ ex ea materia comparentur, cui nec caries, nec vetustas, nec humor possit nocere, id est, buxo, junipero, olea, robore, cupresso, ceterisque similibus. *Quem locum Palladius ita est imitatus* 1, 13: Tunc eas catenis ligneis ex junipero, aut oliva, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendamus. *Popma.* catenis utilis ulmus & fraxinus, Pall. 12, 15.

Catervatim & specialiter *oppon.* Col. 3, 19.

Cathimia, Veg. 4, 11, 19 & 27. & Catimia, Veg. 2, 22. *scribitur pro* Cadmia.

in Catillo composita mixtura, Col. 12, 57.

Catinos aquæ ponere oportet, Varr. 1, 63.

Catinum fictile, Cat. 84.

Cato Luculli tutor, Varr. 3, 2. Col. 8, 16. Catones, *h. e.* Cato, Col. 4, 11.

Catulire, id est, ostendere velle se maritari, Varr. 2, 9. Σκυζᾷν *hoc Græci appellant. Verba,* id est, ostendere velle se maritari, *nemo non videt glossema esse, & quidem satis inepti Grammatici. Plin. 16, 25:* Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere &c. *Laberius Lacu Averno:* scinde unam exoleto impatienti catulientem lupam. *Plautus:* Meam uxorem vidi catulientem. *Sed de canibus proprie dicitur. Ursin.*

Catuloticum *restituimus* Veg. 4, 28. κατουλωτικὸν, *quod esse dicitur apud Æginetam. Dioscoridi 5, 89:* ἀπουλωτικὴ δύναμις in squama æris *est, quæ valet* ad cicatricem vulneri obducendam.

Catulus orator, Col. 1, Præf.

Catuli ædes, Varr. 3, 5.

Catuli canum ut tractandi, Col. 7, 12. catulus lactens in medicina equorum, Veg. 1, 17. catuli lactentis sanguine placatur rubigo, Col. 10, 343. catulo facere ante sementem moris est, Col. 2, 22. *Tradit Plin.* Catulos lactentes adeo puros habitos esse apud priscos, ut placandis numinibus

hoftiarum vice catulis uterentur. Genito mane catulo res divina fit. In canario facrificio rutilæ canes immolabantur pro frugibus, ut ita deprecarentur propulfarentque fævitiam fideris caniculæ. *Beroald.*

Cati in carduetis habendi, Pall. 4, 9.

ad Cavaturam vulneris collyrium, Veg. 2, 26.

Caudæ catulorum ut caftrandæ, Col. 7, 12. in Syria breves, in Italia prolixæ ovium *commendantur* Varr. 2, 2. boum profufæ &c. Varr. 2, 5. marinæ, Veg. 1, 20. 4, 12. *inter fuffimenta quæ fint n. l.*

Caudinis faucibus horti, Col. 10, 132.

Cavea, in qua tauri pugnare folent, *amphitheatrum*, Varr. 3, 5. caveæ, *h. e. alvearia*, Col. 9, 15. caveæ, qua iter eft in ornithonem, Varr. 3, 5. *introitus pergulati, fimiles caveis theatrorum.* caveis emunire arbores ab injuria pecoris, Col. 5, 6. *h. e. fepimento rotundo circumdare. Sic* caveis circummunire plantas, Col. 5, 9. munienda vitis, Pall. 3, 10.

Cavealis refina, Veg. 3, 54. 4, 14. *doliis picatis derafa: vel qualis condiendo vino adhibetur. Vulg.* cabialis.

Caveo. caveto fcabiem pecori, Cat. 5.

Cauliculorum cibo fuftinetur animal, Veg. 2, 6. *vid.* Coliculus.

Caulis. caulem cum fecit cepa, Col. 11, 3. in caulem cito erigi, Pall. 11, 11. * caules (*κατ' ἐξοχὴν dicti, braffica*) quando ferantur & quomodo, Pall. 3, 24. Hor. Sat. 2, 4: Caule fuburbano, qui ficcis crevit in agris, Dulcior. irriguo nihil eft elutius horto, *deliciæ videntur hominis difficilia & ob id rara affectantis. Quamquam audiendus forte fuerit, fi de Medicis viribus fermo fit.* Ut condiantur caules, Col. 12, 7. prototomi, Col. 10, 369. caulium offæ, Veg. 2, 6. *qui etiam feminino genere* caules *dixit* 3, 3 *& al.* * caules acanthini, Col. 9, 4. in vitibus, Cat. 33. Col. 4, 7. caulium teneræ laurus libra, Col. 6, 7. *Vid.* Colis.

Cauniæ ficus, Col. 10, 414.

Cavo. cavantur tempora equis, Pall. 4, 13.

Cauri, Col. 10, 75. *fcribitur etiam* Corus.

cum Caufa Mufarum effe dicuntur apes, Varr. 3, 16. *h. e. merito.* eum cum caufa fibi præeffe, Varr. 1, 17. * *Pro morbo fæpe* Vegetius, *e. g.* partes, quæ in caufa funt, 2, 6. quibus totum corpus in caufa eft, 1, 25. locus caufæ, 2, 30. in caufa pulmonum, 3, 45. *add.* 2, 22. 3, 5 & 65. 4, 27.

Caufatio, Pall. 1, 4. *de morbo. vid. Schoettg. ad h. l.*

Cauter, καυτὴρ *instrumentum ustorium, cujus usus tum in chirurgia, tum in ferruminando. Nostri a figura coni vocant einen Kolben. Hinc* cautere percurrere, Pall. 1, 41. cauteres *in instrum. rustico*, Pall. 1, 43. Cauter *est etiam Tertull. de Pall. c. 5.*

de Cauterii ratione, Veg. 1, 28. cauteriis rectis inurere, Veg. 1, 14.

Cauterizare subtiliter, Veg. 3, 2 b.

Cavus terebra factus obturatur, *h. e. foramen*, Col. 12, 8. cavi laxiores, Varr. 3, 15. cavis modicis forantur spatia, Col. 8, 3. cava ne faciant mures, Cat. 128. *Plura Gesſ. Ind. Agrar. & J. F. Gronov. ad Phædr.* 2, 4. *Schœttg.*

Cea insula, Col. 9, 2. *add.* Varr. 2. Præf.

Cedo. cedit pro stercore, Pall. 10, 1. pro pulmentario, Col. 12, 14. cedere binas pro singulis, Cat. 150. cedunt capris capellæ, Col. 7, 6.

Cedria perungere, Col. 6, 32. *h. e. Cedrino liquore. Liquor picis, qui aquæ modo fluit, ex tæda dum coquitur, cedrinum vocatur, cui tanta vis est, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur. Est etiam* oleum cedri, *quo peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. Hinc illud Epigrammatarii:* cedro nunc licet ambules perunctus. Cedriam *quoque accepimus appellari humorem manantem ex ambusta picea. Beroald.* Cedria *sæpe etiam apud* Veg. *v. g.* 3, 71. *ubi* cedri *an* cedrinæ *legendum sit, incertum. Sed* κεδρίαν, *quæ pix vel resina cedri, &* κέδριον, *liquidius & magis oleosum confundi, jam Gorræus monuit. Add.* Veg. 3, 82.

Cedrus durabilis, Pall. 12, 15. odorata, Col. 9, 4.

Celebris via, Cat. 1. celeberrimi auctores, Col. 3, 17.

Celebro. harum studia rerum majores nostri celebraverunt, Col. 8, 16. celebratur insitio, Pall. 3, 17. vinearum putatio, Pall. 4, 1. putatio auctumnalis, Pall. 12, 4. celebrabitur opus (glandis legendæ) operis femineis, Pall. 12, 14. celebrari potest emplastratio, Pall. 8, 3. celebranda est ovium tonsura, Pall. 6, 8. vitium positio, Pall. 12, 2. vinearum positio, Pall. 4, 7. vindemia, Pall. 10, 11.

Celer, canis nomen, Col. 7, 12.

Celeritudo, Varr. 3, 12.

Celie Sardiniæ, Varr. 1, 16. Caralim *vult Ursinus. Pomponius Mela lib. II de Sardinia:* in ea antiquissimi populorum sunt Ilienses. *Plinius lib. III de eadem:* Celeberrimi in ea populorum Ilienses, Balari, Corsi. *Quibus in locis repo-*

nendum censeo Jolienses, *& hic apud Varronem* Joliem, *nomen oppidi. Liv. lib. 50 eosdem, opinor, vocat* Jolenses, *infames latrociniis. Similiter Græci appellant* Ἰολαεῖς *&* Ἰολάους. *Conf. de eisdem Strab. lib. V, & Diodor. lib. IV. Popma.*

Cellæ anserum, Col. 8, 14. balnei, Pall. 1, 40. Veg. 2, 6. columbarum, Col. 8, 8. familiæ, Cat. 14. *de his Barth.* 35, 19, *p.* 1600 *&* 1613. in horreis divisæ, *h. e. loculamenta*, Pall. 1, 19. olearia, vinaria, Cat. 3. Col. 1, 6. Varr. 1, 11. in plano faciendæ, Varr. 1, 13. torcularia, defrutaria, Col. 1, 6. cella vinaria ut paranda, Col. 12, 18. Pall. 1, 18. cellæ villaticæ, Col. 1, 6. quæ cellæ quas fenestras postulent, Varr. 1, 13. cellas duas, Cat. 13. *Sed vix dubium mihi est, quin h. l. legendum sit* sellas. *Quid enim sibi volunt cellæ in cella?*

Cellares columbi, Col. 8, 8.

Cellarius, Col. 11, 1. 12, 3. de hujus diligentia qui scripserit, Col. 12, 4.

Celo. celantur sidera, *occidunt*, Col. 11, 2. celat se vespere stella, *ibid.*

Celsus. celsi agri, Col. 1, 2. celsissimo Germano procerior Judæus, Col. 3, 8.

Censeo. censeo vitare, *h. e. vitandum*, Col. 1, 5. censemus pampinare, Col. 4, 6. instituere, Col. 8, 2. diducere, Col. 5, 6. præcipere, Col. 5, 8. pernoscere, Col. 6, Præf. censuerunt resecare, Col. 4, 10. censeri numerus potest, Col. 6, 23.

Censores censu admittunt populum, Varr. 3, 2. censu, *i. e. quando census agitur. Sic Gronov. de Pecun. vet.* 4, 1, *p.* 264. *Sed possit etiam videri dativus antiquus, pro* ad censum. apud censores causæ aguntur, Varr. 1, 8.

Censoria lege committere, Varr. 2, 1. censorium opus suscipere, Col. 12, Præf.

Census. censibus pæne totis redimi, Col. 12, Præf.

Centaurea, Veg. 3, 2. violacea, Veg. 1, 55.

Centaurus, Col. 11, 2.

Centenarii greges, Varr. 2, 4. 3, 6.

Cum Centesimo redit semen in Sybaritano, Varr. 1, 44.

Centimalis fistula, Veg. 1, 43. 3, 25. ἀπὸ τοῦ κεντεῖν *nomen habere videtur: ad paracentesin certe adhibetur. Consentit Platnerus, & a* κέντημα *derivatum nomen putat. Ostendit mihi etiam* acum triquetram, *qua acuta est, ceterum teretem, cum cannula, qua continetur, quod instrumentum* trois quarts

a Gallis hodie vocari me docuit. Nihil autem ea aptius ad paracentesin, cum impressa acus extrahi, & relinqui in vulnere canna argentea possit.

Centones farcire, Cat. 2. *vid. Schœttg. ad Juvencum 2, 375.* centones pueris, Cat. 10. e veteribus vestimentis, Cat. 59. equis imponuntur, Veg. 2, 59. centonibus confectis prohibetur frigus, Col. 1, 8.

Centum ex modio nascuntur in Byzacio, Varr. 1, 44.

Centumpondium incertum, Cat. 13. *Pondus suspicor una mole centum libras pendens:* certis ponderibus *opponitur, quæ distincta, partitaque sunt, non in unum pondus diffusa.* Æquum centupondium *apud Plaut. in Asin. Sc. Ubi ego nunc*, æquum est, & justum centum librarum pondus. *Turn. 7, 24.*

Centumvirale judicium cum vocatur, numerus non est ad amussim, Varr. 2, 1. *Nonnunquam enim CV, post Augusti vero ætatem ultra CLXXX fuisse centumviros ostendit Siccama de centumvirali judicio 1, 8. Schœttg.*

Centuria rusticis quæ, Varr. 1, 10. Col. 5, 1.

Centuriæ (*an* centriæ?) in equis, Veg. 1, 25. *Platnerus suspicatur esse ἀπὸ τοῦ κεντεῖν* dictas: *loca, ubi stimulari solent equi calcaribus. Certe κεντρὶς ex Absyrto hippiatr. ita explicatur ab Henrico Stephano.*

Cepa Ascalonia, Marsica, Pompejana *ut condiantur,* Col. 12, 10. *de* Ascalonia *etiam* Col. 11, 3. Marsicam *simpliciter* unionem vocant rustici, Col. 12, 10. germana, Veg. 3, 54. longior, Pall. 4, 10.

Cephalargicus equus, Veg. 1, 25. *pro* cephalalg.

Cephalicum, quod facit ad omnia vulnera claudenda, Veg. 4, 28.

Cephalo, palmæ planta, Pall. 5, 5. *vid. Salmas. p. 933. b. B.*

Cepheus exoritur, Col. 11, 2.

Cepinæ cultura, Col. 11, 3.

Cepullæ satio & cultura, Pall. 3, 24. 11, 11.

Cera quando & quomodo fiat, Col. 9, 16. Pall. 7, 7. cera Punica, Veg. 4, 14 & 23. ceræ discolores pictorum, Varr. 3, 17. cera communis, Veg. 4, 14. cerarum in alveis figura, Col. 9, 15.

Cerasi satio & cultura, Pall. 11, 12. insitio, Pall. Insf. 143. inseruntur brumalibus diebus, Varr 1, 39. agrestis cerasi satio, Pall. 12, 7. insitio, Pall. 2, 15. cerasa ut sine osse nascantur, Pall. 11, 12. ut serventur, *ibid.*

Κεράτιον, siliqua Græca, Col. 5, 10. it. Arb. 25.
Ceratum liquidum, Col. 7, 7. *a cera dictum, quod vulgo cerotum nuncupant. Plinius*, Non fecit, *inquit*, cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota, parens illa ac divina rerum artifex: officinarum, immo verius avaritiæ commenta sunt. *Beroald.* Tenerum *vocat Scrib. comp. 173;* liquidum *sæpe Celsus, observante Rhodio Lex. Scrib.*
Ceraturam pati, Col. 12, 50.
Ceauniæ vites, Col. 3, 2. *quod rubeant velut ignis, Isidor. Orig. 17, 5. Schœttg.*
Cercitis olea, Col. 5, 8. *radius.*
Cereale papaver, Col. 10, 314. *Epitheton Virgilii Georg. 1, 211; ubi Servius:* Cereale papaver, vel quod est esui, sicut frumentum, vel quo Ceres usa est ad oblivionem doloris. *Plin. 19, 8, ubi de papavere:* Hoc & panis rustici crustæ inspergitur adfuso ovo inhærens, ubi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt. *Schœttg.*
Cerebellare, Veg. 2, 12. 3, 33. *pulvillus capiti apponendus.*
Cerebellum *idem.* cerebello apposito caput munire, Veg. 2, 11. cerebellum de lanata pelle, Veg. 2, 7.
Cerebrosi boves, Col. 2, 11. gravedinosos *interpretatur Dalechampius ad Plin. 18, 15. Alias idem est*, quod ὀξύχολος, *ad iram facilis. Acron ad Horat. Serm. 1, 5, 21:* cerebrosus; αὐθάδης, *iracundus. Schœttg.*
Cerebrum ubi commovetur, Veg. 2, 7. cerebro indita lana, Veg. 1, 10. *h. e. loco externo apposita.* ungitur cerebrum, Veg. 2, 12. puscam calidam cum spongia apponere, Veg. 3, 39. rutam supra cerebrum ponito, Veg. 3, 43.
Cerefolium, *vid.* Cæref.
Cereolæ ficus, *an* prunæ, *an* utrumque? Col. 10, 404.
Ceres eadem quæ Terra mater, Varr. 3, 1. & Liber invocati, Varr. 1, 1. in Cereris initiis porci immolantur, Varr. 2, 4. ejus minister bos, Varr. 2, 5. Col. 6, Præf. proles, Proserpina, Col. 10, 269.
Ceretanum suum laudat Col. 3, 3 & 9. Ceretani *populi sunt citerioris Hispaniæ, qui Juliani cognominantur. De his intelligendum est apud Epigrammatistam scribentem*, Ceretana mihi fiat, vel massa licebit. *Namque ab his* Ceretanis *mittebantur pernæ optimæ: quod & Strabo memorat. Apud eosdem nascebantur vina generosa, quæ scriptores magna cum laude nominitant. De quibus idem Epigrammatarius intellexit, scribens*, Ceretana nepos ponat, Setina putabis. *Male literati*

enarratores Ceretana vina, & falsamenta *falso existimant referenda esse ad* Ceretes *Etruriæ populos. Ego olim puer in Pliniana recognitione annotavi quædam annotamenta non indigna cognitu super* Ceretanis vinis, & pernis, *quæ leguntur in calce Plinianorum codicum, qui impressi Parmæ fuerunt. Apud Columellam fit mentio vinorum Ceretanorum: & de Hispaniensibus est intelligendum. Beroaldus. Quam hic annatationem suam commemorat Beroaldus, ea relata est in Facis Gruterian. Tom. 1, p. 307 sq. De Ceretanis ex Pet. de Marca Cellarius p. 123.*

Cerialis pompa, Varr. 1, 2. *Rectius puto* cerealis, *& unamquamque cœnam intelligo.*

Cerinthæ ignobile gramen, Col. 9, 8.

Cernere per cribrum quam minutissime, Cat. 107. cribello spisso, Pall. 7, 11. contundis pariter & cernis, Veg. 3, 28.

Cero. cerari dolium sexta quaque olivitate, Col. 12, 50.

Ceroti instar efficies, Pall, 1, 41.

Cerrea glans, Col. 9, 1.

Cerrus, Col. 7, 9. excisa, Pall. 3, 18. de cerro tabulata, Pall. 1, 9. *Inter arbores glandiferas est* cerrus: *ex glande* cerrea, *ut Nigidius tradit*, porcina caro fit solidior. *Autumat Plinius*, cerrum ne Italiæ quidem majori ex parte notam esse. *Beroaldus.*

Certaminum sacrorum studiosi, Col. 3, 9. ad certamina laborum patientissimi, Col. 6, 29.

Certum habeo, desideraturos, Col. 2, 22.

Cerva, nomen canis, Col. 7, 12.

Cervinus color equi, Pall. 4, 13. *Isidorus:* Cervinus est, quem vulgo gauranem dicunt. Æranem idem vulgus vocat, quod in modum ærei sit coloris. *Quid si* cerinum *legamus a* cera? *Nonius 16, 6:* Cerinum a ceræ colore. *Plautus Epidico 2, 2, 49:* Plumatile aut cumatile, cerinum aut melinum. *Schœttg.*

Cervinum cornu, remedium pullis contra afflatum serpentis, Col. 8, 5.

Cervix ejecta, laxata, Veg. 2, 41. mota, dejecta, Veg. 3, 4. vitis, Col. 4, 7.

Cerussa plumbo creatur attrito, Pall. 9, 11.

Cervus ævi longioris vitam sortitus, Col. 9, 1.

Cesposum litus, *vid.* Cæsposum.

Cessator, Col. 11, 1.

Cessim, *h. e. retrocedendo*, Veg. 3, 22.

Cestum quid, Varr. 1, 8.

Cetariorum officinæ, Col. 8, 17. Cetarius liber Matii, Col. 12, 44. Cellarius *mavult, nec injuria sane, Turneb. 17, 13.*

Cetero vino, Cat. 114.

Ceti unguine linitur, Col. 6, 32.

Cevæ, vaccæ Altinæ, Col. 6, 24. *Fere coincidit hæc vox cum nostra* Kühe, *vel ut rustici pronuntiant,* Küwe. *inde argumentari licet, Alpinas (vid.* Altin.) *illas vaccas esse Helveticas, quibus id nomen sua lingua fuit. Vid. Bochartum Hieroz. 1, 2, 29. Schættg.*

Chærephyllum, Col. 11, 3. ejus satio & cultura, *ibid.* Chærophylum (schærephilum) breve, Col. 10, 110. *idem* chærefolium *Sylb. vid.* Cærefolium. Lepidium *esse ait Salmas. hyl. iatr. c. 17.*

Chalasticæ unctiones, *quæ leniunt, & contorta atque emota restituunt. Ita certe legendum puto* Veg. 1, 28. *ubi* colasticæ *vel* calasticæ *adhuc editum est.* Κολαστικὸν *forte dici possit, quod cohibendi castigandique vim habeat: sed caret auctoritate, quod sciam.* Chalastici ceroti *mentio semel iterumque apud Marcellum de medicament. c. 25, p. 352, h. H. Steph. it. c. 35, p. 402, f.*

Chalcidica creta, Varr. 1, 57. Chalcidici galli, Varr. 3, 9. Chalcidicæ gallinæ, Col. 8, 2. fici, Varr. 1, 41. Col. 5, 10. 10, 414.

Chalcis Euboica, Col. 1, 4.

Chalcis salibus exesa, Col. 8, 17. *Harduin. ad Plin. 9, 47 sardellas esse statuit. Schættg.*

Chalcitis, *vid.* calcetis. Chalcitem, Veg. 4, 28. Chalcitidis, Veg. 4, 28.

Chaldæi solstitium brumale ubi statuant, Col. 11, 2. polliceri solent improbissime, Col. 11, 1. non consulendi, Cat. 5.

Chamedrys, *vid.* cametris.

Chamæleon, (cameleon *editt.*) *herba ex carduorum genere, passim laudatur* Vegetio, *v. g.* 1, 45.

Camæpitys, Veg. 3, 55.

Characatæ vites, Col. 5, 4 & 5. *Legendum* characatas, *Est autem* χάραξ *feminino genere pedamentum vitis: unde* vites characatæ *dictæ pedaminibus annixæ. Proverbium Græcorum est,* χάραξ τὴν ἄμπελον, *i. e.* Palus vitem, ἐξηπάτησεν, decepit. *Beroald. cujus nimirum liber habebat* charcatas.

Characttere signare pecus, Col. 11, 2. Pall. 2, 16. Luciliano libelli, Varr. 3, 2.

Chelidoniæ, purpureæ ficus, Col. 10, 415. Hirundineam *ficum vocat Macrob. 2, 16. ita enim legendum pro vulgato* harundinea. Chelidonia herba, Veg. 2, 16. *vulg.* celidonia. *Ita* celidonium *Scribon. comp. 174.*

Chelydri more depedens cucumis, Col. 10, 378.

Χηνοβοσκεῖον, Varr. 3, 10. chenobofcia ut constituantur, Col. 8, 14.

Χηνοτροφεῖα, nantium volucrum aviaria, Col. 8, 1.

Chia *inf.* Varr. 2, Præf. Chiæ ficus, Varr. 1, 41. Col. 10, 414.

Chirurgia quæ appelletur, Veg. 2, 13.

Chlora medicamentum, Veg. 4, 28.

Chœnix. menfura, quam Syri choenicam vocant, Pall. 11, 14. Χοῖνιξ *non Syrorum est, sed Græcorum menfura, eaque & aridorum & liquidorum. Est autem quatuor fextariorum, quod testatur Rhemnius Fannius de ponderibus & menfuris v. 69. Vide Eustathium ad Odys. T. 28. Eduard. Bernardum de ponderibus & menf. lib. 1, p. 29. Terminationem primæ declinationis præter nostrum hic, & 12, 20, comprobat etiam Paullus Festi abbreviator:* Chœnica menfuræ genus. *In chœnice non sedendum esse, Pythagoreorum est dogma, de quo Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς 17, 6; Eustathius l. c. Bapt. Pius ann. post. c. 36.* chœnicas duas, Pall. 12, 20.

Χοῖρος, porcus, Varr. 2, 4. in virgine, Varr. 2, 4.

Cholera, *vid.* colera.

Chorda difponere, *h. e. linea adhibita*, Col. 5, 9.

Chordapfos, Veg. 1, 41 & 49.

Chordi agni, fœtus, Varr. 2, 1. Chordus, *vel etiam fine afpiratione*, cordus, *notat omne id, quod ferius, quam alias, fit vel nafcitur. Paullus Festi abbreviator:* Corda frumenta, quæ fero maturefcunt, ut fœnum cordum, *quod nos hodie* Grummet, *vocamus. Sic etiam de ovibus Plin. H. N. 8, 47:* Cordos vocabant antiqui, post id tempus (*ordinarium fcil.*) natos. *An vero vox ista ἀπὸ τοῦ χορίου derivanda sit, merito dubitandum est.* Χορίον *enim est membrana illa, cui fœtus & animalium & hominum involutus est, non vero intima vulva. Aristoteles hist. anim. 9, 5 de cerva: καὶ ὅταν τέκῃ, ἐσθίει τὸ χορίον πρῶτον, cum peperit involucrum prius comedit. Referenda ergo est hæc derivatio inter allusiones Varronis nostri, de quibus alias. Scaliger in Scaligeranis primis p. 55* cordum *idem*

esse vult ac condum, *quod non sit verosimile. Schœttg.* Chordi agni duo annumerantur pro una ove, Varr. 2, 2.

Choreis intenta virgo, Col. 10, 269.

Choreusæ (χορεύουσαι) Ludinorum insulæ, Varr. 3, 17. *Lege ex vestigiis veterum codicum* Ludianorum. *Ludiani, ut* Asiani, Adriani. *In Lydia νήσους χορευούσας vocat, quas alii χορήτιδας, Plinius* saltuares *vocat lib. II, cum scribit:* Sunt & in Nymphæo parvæ, saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantum pedum moventur. *Hunc locum habebat in animo Martianus Capella; ut L. IX, p. 314, cum scriberet,* In Lydia Nympharum insulas dicunt, quas etiam recentior asserentium Varro se vidisse testatur, quæ in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motæ dehinc ad litora revertantur. *Scalig.*

Χορίον, volva intima, Varr. 2, 1. *vid.* Chordus *&* volvæ.

Chorus canentium, Col. 12, 2.

Chrysomeliana mala, Col. 5, 10. *Plin. 15, 1:* Chrysomela incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. *Schœttg.*

Cibarium oleum, Col. 12, 50. *opp.* probum. *conf. c. 52 extr.* cibarius sapor, Col. 12, 11.

Cibaria rusticorum adjuvat, *h. e. in cibos assumitur*, Col. 12, 14. condere, Varr. 3, 16. bubus, Cat. 60. diurna, Col. 8, 4. familiæ, Cat. 56. gallinacei generis, Col. 8, 4. cibariorum justa fortius conficere, Col. 5, 6. cibariis leguminum sustineri, Col. 2, 10.

ad Cibatus usus far expedire, Varr. 1, 63 & 69. cibatui quod sit, Varr. 2, 8. cibatui positas offas, Varr. 3, 5. cibatu largiore sustentare, Varr. 2, 4.

Cibo. cibandis pullis utiles locustæ, Col. 8, 11.

Cibi appetentiam quæ restituant pecori, Col. 6, 8. majoris plantæ, Varr. 1, 23. *h. e. quae plus succi & alimenti trahunt e terra. Ursin:* maximi casei bubuli, Varr. 2, 11. minimi ovilli, *ibid.* cibi conditivi, Col. 7, 9. contrectari a quibus debeant, Col. 12, 4. cibi digesti, Col. 8, 5 & 7. *h. e. excrementa.*

Cicatricosa putatio, Col. 4, 27. vitis, Col. Arb. 11.

Cicatrices oculorum ut sanentur, Col. 6, 33.

Cicer Punicum, vernaculum, Col. 9, 1. crudum, Veg. 4, 12, *si vera lectio.* ciceris genera, eorumque satio, Col. 2, 10. Pall. 4, 4.

Cicera, pabuli genus, Col. 2, 11. sed neque hominum

cibo inutilis, *ibid.* quid a cicercula differat, & ejus ſatio, Pall. 4, 6.

Cicerculæ ſatio, Col. 2, 10. Pall. 2, 5. *ubi MS. Erf.* cicerula.

Ciceronis eloquentia, Col. 1, Præf.

Ciconia, inſtrumentum, Col. 3, 13. *Iſidorus Orig. 20, 15, & veteres gloſſæ,* tollenonis *faciunt ſynonymum, cujus formam ignorare nos non paſſus eſt Vegetius de re milit. 4, 21:* Quoties una trabes in terram præalte defigitur, cui in ſummo vertice alia tranſverſa trabes longior dimenſa medietate connectitur, ut ſi unum caput depreſſeris, aliud erigatur *&c.*

Cicuta e ſegetibus vellenda, & ſubſternenda pecori, Cat. 37. cicutæ ſuccus bovi inſano, Veg. 3, 43.

Cilicia unde dicta, Varr. 2, 11. *add.* Col. 1, Præf. ciliciis abſterges equum, Veg, 1, 42.

in Cilicia & Pamphylia, Col. 11, 2.

ſi Cilium ruperit equus, Veg. 2, 22.

Cimex *in medicina equorum*, Veg. 1, 61. *boum*, Veg. 3, 15. cimicis nidor, Col. 6, 18. *Aliter Vegetius 3, 4:* Odor quoque cimini &c. *Sed is ex Columella emendandus. Vide & Apſyrtum Geop. 16, 19. Shœttg.* remedium adv. cimices, Pall. 1, 35.

Ciminum Africanum, Alexandrinum, Veg. 1, 42. 3, 24. ruſticum, 2, 12. 3, 2. *Ita vero ſcribitur pro* cymino *vel* cumino.

Ciminus lacus, Col. 8, 16.

Cimolia creta, Col. 6, 17. Veg. 2, 29 & 32. 3, 4. *a* Cimolo *inſula, Cycladum una, ut oſtendit Schœttg. Antiquitt. fullon. p. 56.*

Cinara hiſpida, Col. 10, 235. *Bapt. Pius & Salmaſius ad Solinum c. 19, p. 159 ſq. probant, cinaram eſſe carduum, de quo multis agit Palladius, nobis* Artiſchocken. *Vide & Salmaſium de homonymis hyles iatricæ c. 59. Idem quoque ſtatuit Maimonides ad Maſechet Kilaim c. 5. Schœttg. add. Nonnus de re cib. 1, 13, p. 52.* cinaræ ſatio, Col. 11, 3.

Cineritia terra, Varr. 1, 9.

Cingere faſces apio & porro, Col. 10, 371. *i. e. conſtringere.*

Cinis ad ſtercorandum, Col. 2, 15. 11, 3. *conf.* Pall. 4, 10. contrahit piris argutos ſapores, Pall. 3, 25. cinis lixiviæ, Col. 12, 22. ingerendus ad muſcum necandum, Pall. 10, 10. cineris pulveres, Pall. 3, 25. cinere in modum gypſi temperato linitur dolium, Col. 12, 43. ſarmentorum oblita dolia, Pall. 11, 14.

Cinyreia virgo, Col. 10, 172.

Cio. cit alvum, Col. 6, 5.

Circines locum acuto cuprino, Veg. 1, 12.

Circiter messem hordeaceam, Varr. 2, 11. 3, 8.

Circitis olea, Col. 5, 8. *rectius κερκίτις, radius*, Sylb.

Circum. circum binos pedes, Varr. 3, 10. *pro* circiter, *nisi etiam ita legendum.* circum orbem indere, Cat 21.

Circumagere suovitaurilia fundum, Cat. 141.

Circumaggerare terram, Col. 5, 12.

Circumcalcare codicem, Col. 5, 6. *Siculus Flaccus p. 5 Goes.* Adjectis etiam quibusdam saxorum fragminibus circumcalcabant *terminos*, quo firmius starent. *Schoettg. Vid.* Circumculc.

Circumcidere, Col. Arb. 26.

Circumcidaneum mustum, Cat. 23. *Conf. Plin. 14, 20. Varro 1, 54* circumcisitum *vocari ait. Rem ipsam interpretatur Col. 12, 36. Vinum ejusmodi Diis offerre*, quod circumcisis vinaceis profluxerit, *nefas habitum docet Plin. 14, 23.*

Circumcisitum mustum, Varr. 1, 54. *vid.* circumcidaneum.

Circumcisorium (*instrumentum*) Veg. 1, 26.

Circumciso pede, Col. 12, 36. circumcisis, quae huc non pertinent, Varr. 1, 1.

Circumculcari, Col. 5, 6.

Circumdare terram radices, Cat. 114. *& per tmesin*, circum vestimenta eam dato, Cat. 157.

Circumdant fissuram libro, Col. 4, 29. circumdatur murus, Col. 9, 1.

Circumeo cubilia, Col. 8, 5. alvearia, Col. 9, 9. equis, Col. 1, 3.

Circumferre, Veg. 3, 74. *verbum lustricum. Virgilius:* ter pura socios circumtulit unda.

Circumfluxere lupum muli, Varr. 2, 9.

Circumfodere plantam, Col. 5, 6. Pall. 3, 20. circumfodi amat mespilus, Pall. 4, 10. circumfodiri, Col. 5, 9.

Circumfricare, Cat. 26.

Circumitus solis, Varr. 1, 5.

Circumliniendus oleo, Col. 6, 17.

Circummunire saepe, maceria, fossa, Col. 5, 10.

Circummunitae arundinibus, Col. 5, 4.

Circumplectito laminis, Cat. 21.

Circumplumbato modiolos, Cat. 20.

Circumscribere diffusum scriptorem epitomis, Col. 1, 1. subula, Col. 6, 5.

Clavuli capitati, Varr. 2, 9.
Clavus tedæ radicibus Punicarum arborum infigitur, Pall. 4, 10. *vid.* Cuneus. cuprinus vel ferreus amygdalorum radicibus imprimitur, Pall. 2, 15. clavo æneo purgandi vermes, Pall. 4, 10. clavi cornei, Cat. 18. * cervicem infestantes boum ut curentur, Col. 7, 5. quod si clavum fecerit, Veg. 2, 60. *h. e. durum callum in tumore.*
Clemens. clementior dies, Col. 11, 2. clementius genus columbarum, agrestibus oppositum, Varr. 3, 7.
Clementer agitant venti oleas, Pall. 12, 5. assurgens collis, Col. 2, 2.
Clementia diei suadet, Col, 9, 13. 11, 2. hiemis, Col. 5, 5. nascentis anni, Col. 11, 3,
Clibano similis scrobs, Col. 5, 10. *it.* Arb. 19. torrefactæ ficus, Col. 12, 15. subtili patet longanon, Veg. 1, 47.
Clima geometris quod? Col. 5, 1. climate medio ventris, Veg. 1, 43. *h. e. e regione.*
Clitellis aptior mulus, Col. 6, 37.
Clitellarii asini, Cat. 10. muli, Col. 2, 22.
Clivosus locus, Col. 2, 16.
Clivulo adverso, Col. 6, 37.
Clivus. clivi graciles, Col. 2, 4.
Cloacarum cœnum, Col. 2, 15.
Clostra, Cat. 13. Romanica, Cat. 135.
Cludere, *pro* claudere, Col. 12, 44. *Plurima congessit Rhodius Lex. Scribon.*
Clusinum far, Col. 2, 6. *Forte dictum a* Clusio *Hetruriæ urbe. Schættg.*
Clystere per intestinum infundis, Veg. 1, 15.
Clysteriabis, Veg. 1, 42 & 45.
Cneci semen, *vid.* Gneci.
Coa *inf. nisi potius* Cea, Varr. 2, Præf.
Coacescit vinum, Varr. 1, 65.
Coactio, *passionis nomen in animalibus*, Veg. 1, 37, 38 & 43.
Coactor, Cat. 150. *vid.* relegere.
Coactura cujusque diei, *de oleo*, Col. 12, 50.
Coactus igne lento, Col. 7, 5. coacta materia, Col. 7, 8.
Coaddere cretam, Cat. 40.
Coadjicitur semuncia salis, Col. 12, 21.
Coæqualium grex, Col. 8, 14. *Primus est Columella, apud quem hæc vox reperitur, frequentata deinde a Petronio, Justino. &c. vid. Heins. & Burm. ad Petr. c. 136.*

Coæquare aream, Cat. 91. pastinatum, Col. 3, 16. sulcum, Col. 11, 3. arena & calce, Pall. 1, 13. cylindro, Cat. 129. crate inducta, Col. 2, 18.

Coaggerare faba fresa, Col. 8, 6.

Coagmenta Punicana, Cat. 18.

Coagmentat surculus fissuram, Col. 4, 29.

Coagula, Veg. 1, 44 & 45. &

Coagulare, Veg. 4, 10. *Collatis inter se locis vidit clarissimus Lipsiensium medicus Platnerus, esse* colon *intestinum, vel hujus principium, quod* cæcum *dicitur, cum ultra has partes clysmata non ascendant.*

Coagulum agni aut hœdi, Col. 7, 8. *πυτία, πυτία, lac caseosum in ventriculo animalium lactentium concretum.* coaguli genera, Varr. 2, 11. ejus vicem quæ suppleant, Pall. 6, 7.

Coalescit gramen, Col. 2, 18. sarmentum depressum, Col. 3, 18. semen, Col. 3, 5. surculus, Varr. 1, 41. triticum, Col. 2, 6.

Coangustare, Varr. 3, 16.

Coarctatæ in angustis caveis, Col. 8, 7.

Coarcto in strigam, Col. 2, 19.

Cochlea, (*vel* coclea, *ut semper fere apud Varronem & Vegetium legitur*) *animal testaceum, de quo* Varr. 3, 14 *int.* cochlearum testæ vacuæ, Pall. 1, 35. cochleæ germanæ, Veg. 1, 56. 4, 8. * in cochleam retorti recessus, Col. 8, 17. * cochlea in cavea, Varr. 3, 5. *januæ versatilis genus.* * in cochlea exprimis, Pall. 4, 10. *h. e. prelo, torculari.* cochleæ supposita sparta comprimitur, Pall. 11, 19.

Cochlear cumulatum, *mensura*, Col. 12, 21. *ita* Ligula.

Cochlearium, locus cochleis alendis, Varr. 3, 12 & 14.

Cocolubis vitis, Col. 3, 2. *Plin.* cocolobim *appellat.*

Coctica malagma, Veg. 4, 28. *vox hybrida, ut videtur, a* coquo *cum casu Græco.*

Coctura, Col. 11, 3. subsedit ad tertias, Col. 12, 20. coctura, *de doliis picandis*, Col. 12, 18. cocturam non difficilem habere, Pall. 12, 1.

Coculum ahenum, Cat. 11. Cocula *dicebantur vasa, quæ coctionibus destinata. Festus:* Cocula vasa ænea coctionibus apta. *Isidor. lib. 20, c. 8:* Omnia vasa, coquendi causa parata, cocula dicuntur. *Plautus:* Ex æneis coculis mihi excocta est omnis misericordia. *Sed & ligna tenuia, quæ flammam facile concipiebant*, cocula *vocabant. Festus:* Alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur opsonia. *Ru-*

stici appellabant cremia *a cremando. vid.* Col. 12, 9. *Meurs.*

Cocus, liber Matii, Col. 12, 4 & 44.

Coda, *pro* cauda, Varr. 2, 7.

Codex seminis circumcalcandus, Col. 5, 6. codices & vastiora ligna, Col. 12, 19.

Codicilli oleaginei, Cat. 55 & 130.

Cœlestis aqua, Col. 3, 12. 7, 4. omnibus ad bibendum antefertur, Pall. 1, 17. cœlestium rerum studiosi, *h. e. astronomi*, Col. 3, 6.

Cœliacas fieri apes, Varr. 3, 16. cœliacis utile vinum, Cat. 125.

Cœlitibus rosa præbet honores, Col. 10, 261.

Cœlum bonum, Cat. 1. calidum, Pall. 12, 7. mediocris qualitatis, Pall. 2, 13. cœli status s. qualitas an mutetur? Col. 1, 1. varietas & mutatio ut observanda rustico, Col. 11, 2. partes easdem spectare debent translata semina, Col. 5, 6. intemperantia, intemperies, Col. 1, Præf. de cœlo tacta villa, Cat. 14.

Cœnationes, Col. 1, 6.

Cœnum cloacarum, Col. 2, 15.

Coeo. coit vulnus ad cicatricem, Veg. 2, 27. coeunt defrutum & medicamentum, Col. 12, 20. ut coeat lac, Varr. 2, 11.

Coercere (cohercere *apud Varronem*) verberibus potius, quam verbis, Varr. 1, 17. angusta putatione vitem, Col. 3, 21. semina, Col. 4, 10. scabra rubigine incrementa virentium, Col. 3, 1. coercetur vitis juxta terram, Col. 4, 1. examen æris strepitu, Col. 9, 8. coercendi sacri ergo, Cat. 139. Sacrum *h. l. est lucus cuidam Deo vel Deæ sacer.* Coercere *notat arborum luxuriem ferro amputare. Schœttg.*

Coercita onere luctuca, Col. 11, 3.

male Cogitantes, Cat. Præf.

Cogo fructus, *h. e. colligo*, Varr. 1, 6. Col. 11, 2. 12, 3. *vid. Gronov. Obss.* 4, 3, *p.* 33 *sqq.* oleam, Cat. 64 & 144. pennis undam supernatantis olei, Pall. 2, 19. * cogit uligo stabuli scabras fieri ungulas ovium, Varr. 2, 2. macrescere boves algor & fames, Varr. 2, 5. se ambulare equus, Veg. 1, 43.

Cohors (*vel* chors, *sunt etiam qui* cors *scribant*) gallinaria, Col. 8, 3. quomodo ædificanda, Pall. 1, 22. exterior, Varr. 1, 13. clausa macerie pro ovibus, Col. 7, 3. cohortis colluvies, Col. 2, 15. cohortes ovium, Varr. 2,

2. duæ in magno fundo, Varr. 1, 13. ex retibus, Varr. 2, 2. in cohorte tecta esse debent plaustris, Varr. 1, 13.

Cohortalis gallina, Col. 8, 2. officina, ὀρνιθὼν, Col. 8, 3. ratio, ὀρνιθοτροφία, Col. 8, 2. cohortales aves, Col. 1, Præf. 6, 27. 8, 1.

Coinquinati stercore, Col. 8, 5 & 7.

Coinquinat totum gregum morbus, Col. 7, 5.

Coitus appetentia pecori ut moveatur, Col. 6, 24. velut coitu uberantur arbores, Pall. 11, 8. ad coitus feminarum revocantur tauri, Col. 6, 23.

Colasticæ unctiones, Veg. 1, 28. *vid.* chalast.

Colatorii equi, Veg. 4, 6. *qui sint vid. in* Guttonarii.

Colatum cribro thymum, Col. 7, 8.

Coleræ appellantur biles, Veg. 3, 50.

ad Colicos compositio, Veg. 4, 28.

Coliculus betæ, brassicæ, Cat. 158. fabæ, Col. 11, 2. viteus, capreolus, Varr. 1, 31. coliculum agit arbor, Col. 5, 9. radix, Col. 12, 56. facit brassica, Col. 11, 3. coliculi vix enasci possunt e semine fici, Varr. 1, 41. ut condiantur, Col. 12, 7. *vid.* Caulic.

Colis tardius enascitur e nucleo olivæ, Varr. 1, 41. coles rapicii, Cat. 35. sarmenti in vite, Varr. 1, 31. vinearii, Col. 5, 6. agit planta, Col. Arb. 9. * a colibus & glandulis, Veg. 1, 38. *it.* a colibus tussis, Veg. 3, 64. *Sed legendum ibi est* tolibus *vel* tollibus, *i. e. tonsillis.*

Collaria canum, Varr. 2, 9.

Collecticii clysteres, Veg. 1, 46. *vitiose dicti videntur pro* colleticis, κολλητικοῖς.

Collectio, Veg. 2, 44. *suppuratio, ulcus. Sic aliquoties Cœlius. plura etiam habet Rhod. Lex. Scribon.*

Collectus. collectæ breviter mansiones, Pall. 1, 9.

Collegiorum cœnæ, Varr. 3, 2. *Varia fuerunt Romæ collegia tum artificum, tum opificum, de quibus peculari diatribe agit Pancirollus T. III thesauri Græviani insertus. Cœnas autem membra eorum post mortem integris collegiis instituebant, ut ex pluribus locis inscriptionum Gruterianarum constat. Schœttg.*

Collibrato, Cat. 19.

si Collibuisset, Col. 11, 1.

Collidit altera alteram, Col. 12, 43.

Colligatum herbis solum, Col. 2, 18.

Colligit disputatio, Col. 3, 10. colligimus terram ad radices, Pall. 5, 2. colligendi ad stabula equi, Pall. 4, 13.

ſtrum *neutro*, & coloſtra *feminino genere: quæ nil aliud eſt, quam ſpongioſa denſitas lactis a partu. Plinius:* Ex primo ſemper lacte a partu coloſtra fiunt. Hinc coloſtrati infantes dicti, quibus perniciofum fuit guſtaſſe id lac. *Plautus:* Mea coloſtra, meus molliculus caſeus. *Epigrammatiſta:* De primo matrum lacte coloſtra damus. *Beroald. Vid. Serv. & Landin. ad Virg. Ecl. 2, 2. Scaligerana prima p. 52* coloſtram *volunt* cremam *ſ.* cremorem. *Schœttg.*

Colubri cæci, *h. e. lumbrici*, Col. 10, 231.

Colum, *inteſtinum*, Veg. 1, 40 & 50. 3, 52.

Colum, *quo colatur.* cola, Col. 11, 2 vitilia, Cat. 11. juncea & ſpartea, Col. 12, 19.

de Columbis Varr. 3, 7. Col. 8, 8. Pall. 1, 24. a columinibus villarum dictæ, Varr. 3, 7.

Columbarius paſtor, Varr. 3, 7. *abſolute*, *ibid.*

Columbarium ut conſtituatur, Pall. 1, 24. columbaria ſingulis paribus, Varr. 3, 7. fictilia, Varr. 3, 7. Col. 8, 8. *Vulgo* columbarium *vocant ſtabulum columbarum, ipſum ædificium & locum columbis alendis accommodatum, & ita Palladius quoque appellat: verum Columella, & M. Varro* columbaria *capiunt pro nidis, & loculamentis, & cellis, in quibus ſingula paria fœtiſcant. M. Varro ſic refert:* Columbaria ſingula eſſe oportet, ut os habeant, quo introire & exire poſſint. *Beroald.*

Columbini pulli, Varr. 2, 7. columbinum ſaxum, Pall. 1, 10. *a colore dictum videtur Iſidoro 19, 10.*

Columbus. columbi ut ſaginentur, Col. 8, 8.

Columella ferrea, Cat. 20 & 22.

M. Columella, patruus noſtri, laudatur Col. 2, 16. 5, 5. 7, 2. 12, 21, 40 & 43.

Columellares dentes, Varr. 2, 7. *Vide quæ Rigaltius notat ad Artemidori Oneirocrit. 1, 33, p. 15. Schœttg.*

Columen, Cat. 15. *Al.* culmen. *Sed* columen *vox caſca, & Catone digna, pro qua poſtea* colmen *dixerunt, extrita litera, deinde* o *in* u *mutato*, culmen. *Varro etiam uſurpavit de R. R. 3, 7. Terent. Phorm. Act. II, Sc. 1:* Bone cuſtos ſalve, columen vero familiæ, Cui commendavi filium hinc abiens meum. *Quo loco Donatus:* Columen, culmen, *an* columen, columna? *Arnobius priſcarum vocum mirus affectator lib. 7:* Libertatem bis dedit, alios ad columen dominationis erexit. *Meurſ.* Columina villæ, Varr. 3, 7.

Colymbades olivæ ut fiant, Col. 12, 47 & 48. Pall. 12,

22. *ita dicuntur olivæ condititiæ*, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾷν, *quod in aceto & muria innatent. Plura Needham ad Geop. 29, 33. Schættg.*

Coma ovium varia, Col. 7, 3. comæ telluris, Col. 10, 277.

Combibit oleum testa, Col. 12, 50. caseus, Col. 12, 42. combiberunt uvæ, Col. 12, 39. *Ita* Pall. 4, 10. combibat metreta amurcam, Cat. 100. bacca salem, Col. 12, 47. combibere jus, Col. 12, 10.

Comedit, *h. e. mordet*, alia animalia, Veg. 2, 12. comesto, *comedito*, Cat. 156.

Comesa cœna venimus, Varr. 1, 2. comesæ sunt oleæ, Cat. 58.

Cominia olea, Pall. 3, 18. *vid.* Colmin.

Comitas adhibenda, Col. 1, 8.

e Comitio educere populum ad leges accipiendas, Varr. 1, 2. Comitiis ædilitiis, Varr. 3, 2.

Commadebit bene, Cat. 156.

Commeatum liquidæ vocis fauces exercent, Pall. 1, 3.

Commendabile fructu arbustum, Col. 5, 6.

Commenta, ὑπομνήματα, Col. 7, 5.

Commentarii antiquorum serio scrutandi, Col. 1, 1.

Commeo. commeans & remeans examen, Pall. 1, 39.

Commetiri agros, Col. 5, 1.

Commi, *vel* commis, *vid.* Gummi.

Commiscis, *pro* commisces, Veg. 3, 10 & 15. *vid.* Misceo, admisceo.

Commissura, Cat. 135. qua nascitur materia nova, *in vite*, Col. 3, 17.

Commissuralia loca, Veg. 2, 13 & 51.

Committo. non committunt scamna facere, Col. 2, 4. committere lege censoria pecus inscriptum, Varr. 2, 1. labori equum, Col. 6, 29. committitur rixa, Col. 9, 15.

Commixti urna, Cat. 93.

Commixtura, Cat. 157.

Commode facere, *apte*, Col. 11, 1.

Commodat se stirpium natura, Col. 4, 22. commodare trapetum, *accommodare*, Cat. 135.

ex Commodo ferveat, *h. e. commode*, Col. 12, 19. mandere, Col. 6, 2.

Commolere grana minutissime, Col. 12, 28. olivam, Col. 12, 50.

Commortalis natura, Col. 3, 20.

Commovet perniciem, Col. 6, 17. *legitur, pro* summovet

vel submovet. commovere favos sedibus suis, Col. 9, 13. colla, *idem fere quod luxare*, Col. 2, 2.

Communndanda vasa, Col. 12, 18. *Vid. Heinf. ad Petron. c. 47. ubi plures hujus verbi auctoritates affert. Schœttg.*

Communis vulpibus & hominibus vinea, Varr. 1, 8.

Communiter pisere, Cat. 136. *h. e. collatis frugibus in idem pistrinum.*

Commutatio ventorum, Col. 11, 2.

Commutato ære, Col. 12, 26. antequam se commutent, quædam vendenda, Varr. 1, 69. amurcam commutet, Cat. 67. *h. e. commutandis labris separet ab oleo.*

Compacta & torosa cervice, Pall. 4, 11. compacti boves Hetrusci, Col. 6, 1. compactis ac rectis cruribus, Col. 6, 1 & 37.

Comparationes discordantium, συζυγίαι ἐναντιοτήτων, Col. 2, 2.

Comparere, Cat. 2.

Comparo. comparare morbum, *h. e. nancisci*, Veg. 4, Præf. comparatur urbanæ vitæ villatica, *forte idem quod adjungitur, una paratur*, Col. 8, 16.

Compascere pabulum in fundo, Varr. 2, Præf. compasci oportet stipulam, Varr. 1, 53.

Compediti, servi, Cat. 56.

Compellendum agnos in gregem ovium, Varr. 2, 2.

Compendiosum fit in summa, quod per partes damnosum, Col. 1, 4.

Compendium temporis sequi, Col. 4, 22. compendia minuta etiam maximis personis, Pall. Inf. Præf. extr. *Obscurissima sunt ultima hujus proœmii verba. Sensus totius loci videtur: Quod tu, vir magnus, quæres & studio tuo dignum judicabis, illa ipsa re magnum erit, & dignitatem quandam assequetur. Ilicet, cum primum honorifice de meis nugis senties, & ipse incipiam pretium illis statuere. Cum enim non sit viri magni asses quærere, minuta compendia, seu lucra sectari: ipsa tua æstimatio indicabit, hunc libellum non ad asses, non ad minuta compendia referendum. Quod vir magnus humo tollit, id magnum esse debet, & opera dignum.*

Compescere umbras, Col. 4, 27. *de putatore, aut pampinante.* ramos propius ferro, Col. 5, 6. compescitur fructu vitis, Col. 4, 21. compescenda quasi pueritia seminum est.

si Competit, *h. e. convenit, wenn sichs schickt*, Col. 1, 6. 2, 8, 19 & 21. 4, 29. competit maturitas vitium, Col.

3, 21. si loci situs competit, Col. 8, 17. 9, 1 & 5. competit humor cœli, Col. 10, 50. vis sideris, Col. 11, 1. si ita competierit lunæ cursus, Col. 11, 2.

Competunt cacumina in unum, Col. 4, 17. cuncta voto, Col. 4, 19.

Compingitur solum roboreis axibus, Col. 6, 19.

Compitalibus sacris in compito, Cat. 5 & 57. *Compitalia feriæ erant conceptivæ, de quis plene Macrobius Saturn. lib. 1, cap. 7. Concipiebantur autem a prætore his verbis : DIE. NONI. POPOLO. ROMANO. QUIRITIBUS. COMPITALIA. ERUNT. QUANDO. CONCEPTA. FOVERINT. N. ut docet idem Macrobius libro citato, cap. 4. Celebrabantur autem postridie Kalendas Majas. Dicebantur* compita, *loca quasi turres, constituta in quadriviis, in quibus rustici post agriculturam sacrificabant : atque hæc sacrificia innuit Cato. Aut etiam* Compita *erant viæ publicæ, ubi ædiculæ per quatuor partes patentes consecratæ erant, in quibus agricolæ in emeriti operis testimonium fracta juga collocabant. Persius Sat. IV:* Hunc ais? hunc Diis iratis, genioque sinistro, Qui quandoque jugum pertusa ad compita figit, Seriolæ veterem metuens deradere limum, Ingemit: — *Interpres ejus vetus:* Compita sunt loca in quadriviis, quasi turres, ubi sacrificia finita agricultura rustici celebrabant. Merito pertusa, quia per omnes quatuor partes pateant, vel vetusta, vel compita non solum sunt in urbe loca, sed etiam viæ publicæ, ac diverticula aliquorum confinium, ubi ædiculæ consecrantur patentes. In his juga fracta ab agricolis ponuntur, emeriti & elaborati operis indicium. *Meurs.*

Complanare, Cat. 151.

Complere ad medium, Col. Arb. 4. aquam, *h. e. haurire*, Pall. 11, 14. complentur jumenta, *h. e. inficiuntur, legit MS.* Veg. 1, 17 *pro* corrumpuntur. *Verbum non malum ad contagium significandum. Ita* impleri *dixit Liv. 4, 30 ex Thucydidis ἀναπίμπλαμαι. Etiam huc retulerim illud Liv. 1, 46:* Adolescentem suæ temeritatis implet.

si Compluta est uva, remed. Pall. 11, 9 *in lemmate.*

Compluviata jugatio, Varr. 1, 8. *ubi quadrata in medio spatia relinquuntur.*

Compluvium interius, Varr. 1, 13. compluvia jugorum vineaticorum, Col. 4, 24 & 26.

Componere ungulam, Veg. 1, 26. *h. e. curare.*

Componeto, Cat. 37. *a* componeo.

Componi *&* condiri *idem significant*, Col. 12, 9, 10 & 13. componi ea conditura poteſt oliva, Col. 12, 47.

Compos agricolationis, Col. 1, 1.

Compoſite ambulare, Col. 6, 2.

Compoſitio, *h. e. conditura*, Col. 12, 20. gleucini olei, Col. 12, 51. compoſitiones rerum auctumnalium, Col. 12. 44. compoſitiones, *de medicamentis*, Veg. 1, 17.

Compoſitus. compoſitas muria olivas, Pall. 12, 22. compoſitis hac conditura olivis, Col. 12, 47. *Sic noſtri eingelegt.*

Compoſtura, Cat. 22.

Comprehendo. comprehendit ſtirps in valido ſolo celerius, Col. 3, 5. male comprehendit vitis, Col. 5, 6. omne inſitum, Pall. 3, 17. planta in rubrica difficilius, Pall. 2, 13. melius malvæ planta, Pall. 11, 11. *Græci etiam κρατεῖν de plantis terram matrem, vel arbuſculam, cui ſunt inſitæ, ſuctu fibrillarum, inſtar hirudinum apprehendentibus, e. g. Damog. Geop. 10, 65, καὶ ἐντιθεμένη κρατεῖ.* * comprehendere modio nuces, Varr. 1, 7. * repetitis experimentis, *h. e. diſcere*, Pall. 2, 13. * ovem hieme, Col. 7, 3. *h. e. continere ſtabulo; noſtri auſwintern.* * melle, *h. e. in unam maſſam redigere*, Veg. 4, 27. *Aliquoties ita Scribon.*

Comprehenſus in nominando, Varr. 1, 9. * comprehenſa porri planta, Pall. 11, 11. *Non neceſſe eſt deponentis more hic accepi* comprehenſa: *nam cum ipſa comprehendit terram matrem, (vid. modo* Comprehendo) *tum ab ipſa comprehenditur.*

Comprimere, Col. 8, 11. *de pavonibus*, *h. e. inire.* * *comprehendere ſignificat, aut librarii culpa pro eo poſitum videtur*, Col. 8, 14: comprimendæ ſunt atque tentandæ. * comprimenda luxuria, Col. 4, 27.

Compugnans amaritudinem, Veg. 1, 13. *h. e. una impugnans.*

Compulſoris modum excedit bos, Pall. 7, 2.

Computatio dierum, Col. 2, 13.

Computo rationem operis, Col. 5, 1.

Computreſcere, Col. 5, 10.

Concalefieri, Varr. 3, 9.

Concaleſcit fœnum, Col. 2, 19.

Concarnari ſi non potuerit os, Veg. 2, 22. donec concarnet *intranſit. ibid.*

Concavatis nidis, Col. 8, 5.

Concentus chori, Col. 12, 2.

Conceptio e vento, Varr. 2, 1. Col. 6, 27.

Concreta materia, *&*
Concrevit lac, Col. 7, 8. *h. e. coagulatum est.*
Concubitus tempora, *de anatibus*, Col. 8, 15.
Conculcare vinaceos, Cat. 25.
Concutiunt requiem quiescentis examinis, Pall. 6, 10.
Concuti exercitatione, Col. 6, 37.
Condeliquescere, Cat. 23.
Condemnabile studium, Pall. Insf. 11.
Condensant se oves in locum unum, Varr. 2, 3. radices herbarum, Col. 2, 18. condensatur ponderibus, Col. 7, 8.
Condepsere, Cat. 40 & 76.
Condimenta viridia, Col. 12, 8.
Condio. uno cyatho condire unam amphoram, Pall. 11, 14. condiri herbæ quando & quomodo debeant, Col. 12, 7 & 13. poma, Col. 12, 10.
Condiscit fructum ferre, Col. 3, 10. condiscant agni foris pasci, Col. 7, 3.
Conditio amurcæ, Varr. 1, 61. prout conditio conditurae exegerit, Col. 12, 4. regionis si permittit, Col. 4, 12. rara conditio est hujus possessionis, *h. e. raro contingit possessio*, Col. 8, 11.
Conditicia cibaria, Col. 8, 8.
Conditiva mala, Cat. 7. pira, Varr. 1, 59. olea, Cat. 6. conditivis cibis sustinere pecus, Col. 7, 9.
Coditura inulæ sic fiet, Col. 12, 46. condituram qualemcunque recipere possunt, Col. 12, 47. hac conditura compositis olivis, *ibid.* eadem potest componi, *ibid.* in conditura olivarum mella pro defruto, Col. 12, 11. quibus conditurís mustum & vina adjuvari soleant, Col. 12, 19.
Conditui olivas legere, Col. 2, 22.
Conditus sapor vini emtores fugat, Col. 12, 20. conditum, Pall. 11, 19. *œnomeli.* absinthiatum, rosatum, violatum, Pall. 3, 32. *Vid. Morgag. Ep. II, 19 & 20. conf. Plin. 14, 19.* condita oportebit infundi, Veg. 1, 56. 3, 65.
ex Conditis, *h. e. quæ ad usum reposita sunt*, Veg. 4, 11.
Condo. condit odores Bacchus, Col. 10, 302. condere largius, *int. fruges*, Col. 1, Præf. vindemias, *ibid.* in acetum, Cat. 117. ficus in orcas, Col. 12, 15. conditur mustum in dolium, ut habeamus vinum, Varr. 1, 65.
Conducere cisternis aquam tectorum, Pall. 1, 16. conducitur lac, Col. 7, 8. *h. e. cogitur.*
Conducticiis operis, Varr. 1, 17.

Conductor ædificii, Cat. 14. agri, Col. 3, 13. pecoris, Cat. 150. *emtor.*

Conduplicare cibum, Varr. 2, 4.

Confectio prima olei, Pall. 12, 17. * in confectione olei sui quassabimus baccas, *h. e. baccas oleo conditas*, Pall. 13, 2. de medicamentis, Veg. 4, 10 & 11.

Confectura mellis, Col. 9, 14.

Confectus. confecta bruma, Col. 8, 5. 11, 3. consumtam *vocat* Col. 11, 2. confectum æquinoctium, Col. 11, 2, & 3. *Sic* bruma confecta *Plin. 36, 15.* sidus confectum, *h. e. solstitium*, *Plin. 16, 36.* * confecto palati tabulare, Veg. 2, 11. *Al.* usto, *quæ glossa videtur. Verum autem* conficto, *pro* confixo, *ex* configo. *vid.* Affictus & fictus.

Conferciunt se apes, Varr. 3, 16.

Conferre in fiscellam, Col. 12, 39. pestem, Col. 1, 5.

Conferveant urina & amurca, Pall. 1, 35.

Confervescat vinum, Col. 12, 23. *Plin. 18, 73:* Granum, si tegulis subjaceat, confervescere.

Confessa nec dubia signa, Col. 2, 2.

Confestim, Col. 2, 10.

Confibulæ ligneæ, Cat. 12.

Conficere mel, Col. 9, 15. ligna, Cat. 16. Col. 11, 2. fundum fructuosum, bene colendo, Varr. 1, 1. confecisse sementem, Col. 11, 2. conficitur æquinoctium, Col. 2, 8. bruma, *ibid. it.* 9, 14. messis, Col. 11, 2.

Configere inter se, Cat. 21.

Configurare ad similitudinem, Col. 4, 20.

Confines fundi, Varr. 1, 16.

Confinium spectandum in fundo, Varr. 1, 16. in confinio boni & mali, Col. 3, 5.

Confio. stercus, quod ex hominibus vel pecudibus consit, Col. 2, 15. confiat panis, Col. 1, 8. *vid. Heins. ad Virg. Æn. 4, 116.*

Confirmavit se vinea, Col. 4, 3.

Confitentur, *h. e. indicant*, *de rebus mutis*, Pall. 1, 3 & 28. *it.* 7, 7.

Conflagrant colla, Col. 2, 2.

Confodere minute terram, Cat. 129. VIII jugera, Varr. 1, 18. vineta, Col. 4, 5.

Conformantur in volucrum speciem ova, Col. 8, 5.

Confragosus ager, Varr. 1, 18 & 20. lapidibus locus, Col. 2, 2. confragosæ viæ, Veg. 2, 54.

Confricato ſale, Cat. 7. ſale confricatæ, Varr. 1, 60. *forte utroque loco magis placeat* confriat. *Videtur tamen* confricare *aliquanto plus eſſe, quam* confriare. *Hoc nimirum minutam rei, quæ inter manus friatur, aſperſionem notat. Illud autem, olivas, ut hoc utar, vel inter manus ſale fricari, vel certe addito ſale ſubigi & circumagi, ut ad omnes partes ſal perveniat.*

Confrico. ſi confricaverit animal oculum, *h. e. perſtrinxerit*, Veg. 2, 20. confricari ſale, Col. 7, 10. a pluribus facies jumentum, Veg. 1, 43.

Confundit multitudo diligentiam monitoris, Col. 1, 9. non confuſa membra in pullo equino, Varr. 2, 7. *int. capitis, cum ſatis eminent v. g. quæ eminere debent, & fines oculorum, naſi, aurium ſatis ſunt diſtincti.*

Congelationes brumales, Col. 4, 8.

Congelatæ radices, Col. 3, 12.

Congelo. congelare lac, Col. 7, 8. thymum tritum, *h. e. caſeo, dum ſolidatur, adjicere.* Pall. 6, 9. * congelatur, *h. e. refrigeratur*, Pall. 4, 15. * congelabitur frigoribus oleum, Col. 12, 50. *Ita Scribon. comp. 271 extr.* ubi ſe congelaverit adeps.

Congenerati porculi, *h. e. eadem fœtura editi*, Varr. 2, 4. congeneratum parentis ſenium, Col. 7, 3.

Congerminaſcere *Varroni reſtitutum a Salmaſio* 3, 16. *vid.* Geminare.

Congeſtio ſtercorum, Pall. 1, 33.

Congeſtitia humus, Col. 2, 10. materia, Col. 2, 16. terra, Pall. 10, 7. 11, 11.

Conglutina germinantes oculos aliqua annexione, Pall. 4, 10.

Conglutinoſus, *h. e. tenax, viſcidus*, Veg. 1, 40.

Congruens. nulla parte corporis inter ſe non congruenti, Varr. 2, 7.

Congruus modus, *h. e. quantum ſatis eſt.* Pall. 11, 14.

Conjectura videre hoc licet ex aliquot rebus, Varr. 1, 7.

Conjicio *apud Catonem in MS. Mediceo fere ſemper* coicio, *& ita in compoſitis reliquis.* conjicitur muſtum in vaſa, Col. 12, 19.

Conjugalem gregem protegunt galli, Col. 8, 2.

Conjugium maritale a natura uti comparatum, Col. 12, Præf. conjugia admiſſariis ſubmittenda, *h. e. equæ*, Pall. 4, 13.

Conjugulum murtum, Cat. 8 & 133. *conf. Plin.* 15, 37.

Conjunctio nuptialis, Varr. 2, 4. conjunctionis rimas obducere, Pall. 1, 41.

Conjunctas servas si habeant servi, conjunctiores fiunt fundo, Varr. 1, 17.

Conjux mox facta tyranni, Col. 10, 271. vitis ulmus, Col. 5, 6.

Conlevata cum melle *pro* conlinita *libri quidam* Col. 6, 17.

Conliciares tegulæ, Cat. 14. *Ita Victorius. V. C.* deliciares, quæ e. p. binis integris p. *Rectissime. Sunt autem* deliciares *tegulæ angulares, a* delicia, *quod tigni genus ad infimas angulares tegulas a culmine fastigium versus collocatur, unde &* deliciatum *tectum. Festus:* Delicia est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur, unde deliciatum, & tegulæ deliciares. *Possunt tamen* conliciares *dictæ videri a conliciis: nam veteribus* conliciæ, *sive* colliquiæ *dicebantur canales, qui aquam e stillicidio defluentem excipiebant. Vitruvius lib. 6, 3:* Tuscanica sunt, in quibus trabes in atrii latitudine trajectæ habeant interpensiva, & colliquias, ab angulis parietum, ad angulos tignorum intercurrentes. *In agris quoque* colliciæ *erant sulci ampliores, qui &* porcæ, *per quos aquam* delibrabant. *Plin. lib. 18, 19:* In usu est, & collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant. *Meurs. Meursianis simillima sunt, quæ habet H. Magius miscell. 3, 8 Lampadis Grut. T. II, p. 1380.*

Conlinita cum melle, Col. 6, 17.

Conlucare, *vid.* collucare.

Conniventes oculos, Col. 10, 259.

Conopea muliebria, Varr. 2, 10.

Conquadratæ perticæ, Col. 8, 3.

Conquassare calicem, Cat. 52.

Conquiescere non patiuntur gallinam pulices, Varr. 3, 9.

Conquirunt rapæ solum stercoratum, Pall. 8, 2.

Consanat cicatricem surculus, Col. 4, 29. consanantur plagæ, Col. 4, 24.

Consanescit celeriter, Col. 4, 27. consanescunt ulcera, Col. 8, 2.

Consanguinea sapientiæ res rustica, Col. 1, Præf.

Consarrire porcas, Cat. 48. consarriendi sulci omnes, Col. 11, 3.

Conseminales vineæ, Col. 12, 45. *ubi diversi generis vites promiscue positæ. Eædem*

Consemineæ, Col. 3, 21. *licet Plinius 14, 4 n. 7 videatur speciem aliquam peculiarem hoc nomine appellare.* conseminea silva, Col. 11, 2.

Consenescunt columbæ inclusæ, Varr. 3, 7. *h. e. languidæ & mœstæ atque macræ fiunt. conf.* Varr. 3, 9. * ova incubata, Varr. 3, 9. *interpretatur Cresc.* corrumpuntur. consenuit vitis vitio soli, Col. 4, 22. *h. e. tristis ac sterilis facta est.* consenescere veterno, Col. 7, 5.

Consentes Dei XII, Varr. 1, 1. *De his multa G. Arnaldus* de Diis *παρέδροις c. 6 & 7.*

Consentinus ager, Varr. 1, 7.

Consentire numeris magistri in choro canentium, Col. 12, 2.

Conseptum, *de aggere piscinæ*, Col. 8, 17. *ita* septa *eodem cap.* * consepto universo (villæ) aptetur membrorum numerus, Col. 1, 6. *add.* Varr. 1, 13. consepta diffusiora, Col. 1, 4. bobus qualia facienda, Col. 6, 23.

Consequenter, *h. e. deinde*, Veg. 1, 22 & 38.

Consequi non possunt oculi animalia quædam minuta, Varr. 1, 12. opera superioribus diebus præterita, Col. 11, 2. *i. e. revocare, repetere, nachholen.*

Conseri vineam malleolo, Col. 5, 5.

Conservæ, Varr. 1, 17.

Conservare stirpem rectam, Col. 4, 20.

Consideranter, Pall. 3, 17.

Considerare, *h. e. observare, videre simpliciter*, Col. 11, 2; 12, 2.

Consiligo herba, Col. 6, 5 & 14. 7, 5 & 10. Veg. 1, 12. 3, 2. *Laudat etiam Beroaldus duos Plinii locos, quorum alter habetur 25, 48; alter 26, 21.* Veratrum album *esse* consiliginem *suspicatur, sed suspicatur tantum, Dodonæus 2, 3, 19, p. 261 sq.*

Consistit alvus, Cat. 156. fructus turturum, Varr. 3, 8. mustum, Col. 12, 21. eatenus plaga, Col. 4, 7. vitis in se, Col. Arb. 5. *add.* 4. urina in stabulo, Varr. 2, 2.

Consolidationem quæ faciunt, *styptica*, Veg. 3, 10.

Consolando restituere servi voluntatem in dominum, Varr. 1, 17.

Consonant vehementer apes, Varr. 3, 16.

in Consortium operum comparantur jumenta, Col. 6, Præf.

Conspergito vinum vetus, Col. 12, 39. conspergitur aqua

mulſa farinæ triticeæ, Col. 6, 17. tanquam farina, Col. 12, 38.

Conſperſio crebra ſalis, Pall. 12, 13.

Conſperſus. conſperſam ſale carnem, Col. 12, 53. ervum, cicercula conſperſa, Col. 6, 3. * conſperſa polenta mulſa aqua, Col. 6, 17. & ſubacta farina aqua, Col. 8, 7. conſperſum aqua mulſa ſemen detritum, *h. e. ſubactum*, Col. 6, 12. *ut* conſperſio *Vulg. 1 Cor. 5, 7 eſt* φύραμα.

Conſpicitur terribilior niger canis, Col. 7, 12. hirundo, Col. 11, 2. conſpici numeroſiſſimis fœtibus, Col. 3, 10.

Conſpiratus ſanguis, Veg. 2, 30. *videtur eſſe de ſententia auctoris, ex arteria cum ſpiritu emiſſus. Notum, quid de arteria philoſophati ſint veteres. Cic. de N. D. 2, 55:* Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur — — pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: — — eoque modo ex his partibus & ſanguis per venas in omne corpus diffunditur, & ſpiritus per arterias.

Conſpiſſata vinacea, Col. 12, 43.

Conſpurcare cibos & aquam proluvie ventris, Col. 8, 3.

ex Conſtipatione vitium, Veg. 1, 39.

Detergeo. fastidium, Col. 8, 10. lanuginem pomis Cydoniis, Col. 12, 45. palmites, Col. 4, 27. 5, 5. se parietibus, *h. e. adfricare*, Col. 7, 5. deterget se lingua bos, Col. 6, 6. detergeri spongia, Col. 6, 9. 12, 48.
Deterius fit, Varr. 2, 4. *pro damnosum est.*

Dicto. modus, quem dictabit humi lætitia, Col. 4, 24. forma, quam dictavit consuetudo, Pall. 1, 20.

Dicto audiens sit domino suo, Cat. 142.

Diducere cuneo, Col. 5, 11. lanam, Col. 7, 4. litem, Col. 3, 13. *Ita enim reposui ex Gœs. pro vulg.* deducere. diducuntur laciniæ, Col. 7, 6.

Diem meridie dividere, Varr. 3, 2. in diem vivere (*abjecta futuri cura*) Col. 3, 3. die diutius non habere operarium, Cat. 5. diebus nonis modo res urbanæ usurpatæ, Varr. 2, Præf. dies brumales horarum IX, Col. 11, 2. civiles, Varr. 1, 28. interpositis diebus, aut singulis mensibus, Veg. 2, 58. *. Die vendere, Cat. 150. *tempori.* dies argento ex K. Nov. mensium X, Cat. 146. *Hic in omnibus emtionibus, cum solutio non fit numerato, est dies X mensium. id ex eo opinor, quod primum fuit dies annua, cum essent in anno X menses: post ubi annus auxit, nihilominus in his contractibus ea dies remansit, sed nominatim expressi X menses. Similiter tempus luctus Romulus anno definivit; & postea itidem X mensium fuit, ut annotavi ad Varronis Satyram Gerontodidasc. Popm.* in diebus pecuniarum, Col. 1, 7. diem prægnationis idem bis habere non potest, Varr. 1, 44. * dies *pro sole. Schœttg.* Col. 7, 3: dum dies arvis gelicidia detrahat.

in Dieta, Veg. 2, 9. *forte* in die.

Differre plantam, *differere*, Varr. 1, 43. Col. 11, 3. distulerunt oculos suos plantæ per longa internodia, Pall. 4, 10.

Difficile nascitur, Pall. 2, 7.

Difficiliter, Col. 5, 3 & 7.

Diffindere meridiem somno, Varr. 1, 2.

Difformitas, *pro* deformitas, Veg. 3, 17.

Diffundere (*vinum in dolia aut serias, in quibus obturatis & picatis servetur*) Col. 12, 28. *add.* 3, 2. * radices, Varr. 1, 37. * si diffuderit se cupa, Pall. 1, 18. *h. e. vitium fecerit, & vinum effuderit: modo non legendum sit* diffiderit. * diffundere per narem medicamentum, Veg. 1, 45. in fauces, Veg. 2, 6. *ita* 3, 15 *pro* defundere: *quod etiam alicubi est in MS.*

Diffusus per multa volumina scriptor, Col. 1, 1. diffusa materia, Col. 11, 1.

Digerere semen, Cat. 161. mel liquefactum in formas, Pall. 7, 7. stercus in prata, Col. 11, 2. ut per ventrem digeratur humor infestus, Veg. 1, 14. digerere morbum, Veg, 1, 14. *add.* 1, 24. *In his* divisionis & distributionis

quædam notio inest. * tepefactam (potionem glutinosam) digeras, ut inspissetur, Veg. 3, 66. *h. e. caloris ope particulas fluidas dissipes.* * *pro* degerere *scriptum a* Vegetio *an librariis?* 1, 13 & 17. 2, 6 & 9. 3, 1, 2, 3, 4, 23 & 66. *In quibusdam locis etiam MSS.* degerere.

Digestionis auxilia concitat vinum scillites, Pall. 8, 6. per digestionem decoctus cibus, Veg. 1, 40.

cum Digitalibus legitur olea, Varr. 1, 55. *Vett. libr.* digitabulis.

Digitelli flos, Col. 12, 7. *Non habent herbarii. Cogitabam de* Digitali, *itemque de* Digito veneris: *sed neuter in conditoris est.*

Digiti primores, Cat. 21. *Turnebus 25, 20 interpretatur tenuiores & graciliores.* * digiti impares gallinarum laudantur Varr. 3, 9. digitis quinis gallinæ, Col. 8, 2.

Dignitas amplitudinis & coloris in bobus, Varr. 2, 5. cum dignitate sunt asini, Varr. 2, 6. canes, Varr. 1, 21.

Dignor. non dignantur architecti comprehendere modum ædificiorum &c. Col. 5, 1.

Dignoscere suos & alienos non potest, Col. 8, 5. dignoscitur sapore, Col. 2, 2.

Dijuncti a matribus equuli, Varr. 2, 7. dijuncta ab agri utilitate, Varr. 1, 23.

Dijungere, disjungere, Varr. 1, 2 & 3. asinum ab opere, Varr. 2, 6. dijunguntur agni a mamma, Varr. 2, 1. catuli, Varr. 2, 9.

Dilabitur vestis situ, Col. 12, 3.

Dilapidans grandine labores hominum, Col. 10, 330.

Dilatio noxia in re rustica, Cat. 5. Col. 1, 8. 11, 1.

Dilecta vitis novella, *h. e. diligenter culta, opponitur neglectæ*, Pall. 1, 6.

Diligentiæ inimicissima somnus & vinum, Col. 11, 1.

Diligunt crescere, *amant*, *solent*, Pall. 3, 25.

Diluere, Cat. 69. membra pecorum tonsa, Pall. 6, 8. muria olivas, Pall. 12, 22.

Dimicare aciem, Col. 9, 9.

Dimidio maturius, Col. 11, 1. dimidium acetabuli polenta grandis, Cat. 108.

Dimissus in nuce cortex, Pall. 2, 15. sanguis in pedes, Col. 6, 12. *vid.* Demissus.

Dimitto. dimittunt ex se oleum baccæ, Pall. 2, 19. dimittitur sanguis, *vena secta*, Varr. 2, 1. * dimittere pam-

pinarium, *h. e. submittere*, Col. 5, 6. *Sic* Pall. 3, 12 & 13. 4, 7. 6, 2. 11, 8. * *Generatim relinquere notat.* Dimittunt ternos pedes inter singulas vites, Pall. 3, 9. dimittas spiramenta, Pall. 12, 22. dimittitur pars favorum quinta, Pall. 7, 7. tenui caule dimisso, Pall. 9, 5. ut aliquid dimittatur hærere, Pall. 6, 7.

Dindyma castra Cybelles, Col. 10, 220. *vid.* Cybel.

sub Dio. *vid.* Dium.

Dionæis redimitur floribus, Col. 10, 286. *Dione mater Veneris. Venus Dea hortorum est. Popm.*

Διφθερίαι senes in comœdiis vocantur, Varr. 2, 11. *Loquitur de comœdiis, quas novas appellabant: priscarum tamen etiam poetæ ostendunt, hoc vestitu pastores usos fuisse, ut Aristophanes in* νεφέλαις. *inducit enim Strepsiadem cum filio ita loquentem,* Ὅταν μὲν οὖν τὰς αἶγας ἐκ τοῦ φελλέως, Ὥσπερ ὁ πατήρ σου, διφθέραν ἐνημμένος. *Nam* διφθέρας *etiam veteres appellasse membranas, in quibus (ut nos quoque facimus) scriberent, ostendit Cicero in epistola ad Atticum, cum de parte suorum librorum, quos de Academicis quæstionibus conficeret, ut ad Varronem mitteret, loqueretur. inquit enim,* Quatuor διφθέραι sunt in tua potestate. *Idem etiam significabatur proverbio illo, quod dicebatur in eos, qui nimis vetusta referrent,* ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγειν. *Adagium apud Suidam explicatum. Victor. Similia his disputat vir doctissimus Varr. Lect. 26, 23.*

Dipondiarius orbiculus, Col. 4, 30.

Dipondii semissis, Col. 11, 2. *duo cum dimidio.* dipondio semisse, *ibid.*

Diradiare vitem, Col. 5, 6. *Vet. editio* disrarare. *Sylb. Nescio quam veterem editionem indicet Sylburgius. Nostræ quidem non habent.*

Directi dentes, Varr. 2, 9. *opp.* brocchis.

Diribere, Varr. 3, 5. *vid.* Dirimere.

Dirigere ad metam, Varr. 1, 4 & 18. contemplationem suam, Col. 3, 12. diriguntur ordines, Col. 3, 15. ne alter ramus sub alterius linea dirigatur, Pall. 3, 13. * in dirigendis potionibus, Veg. 1, 19. *vulg. pro* degerendis. *vid.* Digero.

dum Dirimentur suffragia Varr. 3, 2. *Ita legendum, quamvis in VV. CC. sit,* diribentur. *& infra cap. 5 legendum idem* dirimerent. *nam ibi V. C. habet* diriperent. *Lucan. 5:* Et non admissæ dirimit suffragia plebis. *Cic. ad Q. Fr. 3, 4:* Cato diremtis tabellis. *Urs. Puto, me repræsentandis Varronis ver-*

bis quam proxime ad veritatem accessisse. Ex dirimentur *ortum est illud* diribentur, *bonum sane verbum, sed cui locus esse videtur proprie, cum euntibus ad suffragia ferenda tabellæ ministrantur:* dirimuntur *autem, vel* diripiuntur *forte, ac* distribuuntur, *cum confusa in unam sitellam vel loculum discerniuntur, ut appareat, quis candidatus suffragia plura tulerit. De hac* diremtione *sermonem esse, indicant verba,* cum suffragium tulissemus. *De dirimendis suffragiis hic sermonem esse etiam volunt Manutius ad Cic. ad Q. Fr. 3, 4. itemque Sigonius emend. 1, 14, & qui has epistolas Hagæ Comitum 1725 ad Grævianam rationem edidit.*

Discessere a qualitate sua, Col. 3, 2.

Discindito salicem Græcam, Cat. 40.

Disciplina ruris, Col. 1, Præf. *it.* 1, 1. villaticæ pastionis, Varr. 3, 2. fici, Pall. 7, 5. servetur, Pall. 6, 6. si loci patitur disciplina, Pall. 12, 4. disciplinam alienam caveto contemnas, Cat. 1. disciplina simili, Pall. 12, 17. * disciplina mores facit, non natura tantum, Col. 7, 12. disciplinis liberos excolere, Col. 4, 3. in disciplinis peccando discitur, Col. 1, 1. disciplinis illustribus eruditus, Col. 5, 5.

Discipuli persona consideranda, Pall. 1, 1.

Disco. didicit ferre totius orbis fruges Italia, Col. 3, 8. discendum quod ignoras, Col. 1, 8. 11, 1.

Discocto farre, Pall. 1, 29. discocta in furno ficus, Pall. 4, 10. *sed al.* cocta.

Discolor lanæ lingua, Col. 7, 3. discolores ceræ, Varr. 3, 17.

Discordante natura, Pall. 9, 5.

Discrepant cum priscis, Col. 1, 1. nominibus vitium etiam vicinæ nationes, Col. 3, 2.

sine Discretione, Pall. 8, 4.

Discrimen, quo divisa est bovis ungula, Col. 6, 15. 7, 5. puro discrimine pectita tellus, Col. 10, 94. *quæ rastri dentibus, quasi pectine, polita est ac discriminata. Vocatur autem* discrimen *ornatus ille, quando acu discriminali coma in duas partes per medium caput erat divisa.* Purum *autem* discrimen *vocatur, ut purum caput, sic simpliciter discriminatum ab alio mulierum ornatu, quando scilicet capilli torti erant & calamistrati. Excerpsimus hæc e Salmasio ad Solin. c. 37, p. 534, qui plura ibidem habet, quæ conferri merentur. Vid. eundem de Cæsarie & Coma p. 269 sq. Schœttg.*

Discriminatim, Varr. 1, 7.
Discutitur mentis error, Col. 6, 35.
si Dishiascent arbores, Cat. 12.
Disjectos palos reponere, Col. 11, 2.
Disjuncti opere boves, Col. 6, 15. *vid.* Dijun.
Disjungitur ab opere bos, Col. 2, 3. 6, 14. Veg. 3, 4.
Dispalatæ *forte leg. pro* displicatæ, Varr. 3, 16.
Dispariles qualitate vites, Col. 3, 2. disparile pabulum, Varr. 2, 11. dispariliter habent momentum, Varr. 1, 6.
Dispendiosa cunctatio, Col. 2, 21.
Dispereo. disperire solent fructus, Varr. 1, 11.
Dispergunt se capræ, Varr. 2, 3. dispergere lactucam, *h. e. differere*, *disponere*, Col. 11, 3. traducibus vitem, Col. 5, 6.
Dispersim scripserunt, Varr. 1, 1. 3, 2.
Displicatæ apes, Varr. 3, 16. *forte* dispalatæ.
ne Displodantur bobus ingredientibus pedes, Varr, 2, 5. *sed* cani ingredienti, Varr. 2, 9.
Disponere oculos arundinum, Cat. 47. brassicam, Col. 11, 3. mentastrum inversis cacuminibus, Col. 11, 3. * in qua scrobe disponemus inserere, *h. e. volemus*, Pall. 5, 2. de quo semen legere disponis, Pall. 11, 11.
Dispositio & ordo res pulcherrima, Col. 12, 2.
Dispositus surculo, segetibus, prato, fundus, Col. 2, 15. * mente, Col. 1, 1.
Dispumare *pro* despumare *aliquoties etiam MSS. e. g.* Col. 12, 38. Pall. 3, 25. 8, 7.
Disrarari & intercidi, Col. 4, 32. *vid.* Diradiare.
Disserere de materia, Col. 2, 1.
Dissilit pix frigore, Pall. 10, 11.
Dissimulatio, *negligentia*, Veg. 4, Præf. *Ita etiam de re mil. 1, 18* de salitione equorum, *h. e. arte insiliendi in equos*, quem usum usque ad hanc ætatem, licet jam cum dissimulatione pervenisse manifestum est.
Dissimulare damnosam curationem, *h. e. intermittere*, Veg. 1, Præf.
Dissipare stercoris cumulos, Col. 2, 16. Pall. 10, 1. ut dissipetur late aqua, Varr. 3, 14. ne dissipetur fascia corticis, Pall. 3, 17.
Distabescit cum musto sal, Cat. 24. distabescat suspirium in aqua, Veg. 1, 11.

Diſtantia non eſt in ponendis piris, *h. e. differentia*, Pall. 3, 25. *add.* 4, 10. 11, 14.

Diſtendat roſa junci ſtamina, *h. e. impleat, rumpat corbem*, Col. 10, 306. diſtendunt curam villicæ, Col. 12, 44. *add.* 8, 2. diſtenditur ſedulitas villici, Col. 1, 6. diſtentum temonibus corpus, Col. 6, 19.

Diſterere caſeum in mortariolo, Cat. 75.

Diſtichum hordeum, Col. 2, 9. *ut* Hexaſtichon.

Diſtricta bacca, Col. 12, 50. uva diſtricta *legitur etiam pro* conſtricta, Pall. 11, 22.

Diſtringere oleam, Col. 11, 2. baccam myrti, Col. 12, 38. muſcum, Col. 4, 24. Deſtringere *& hic & ubique legi vult Cuperus Obſſ.* 4, 5. *ubicunque nempe non ſignificat in diverſas partes trahere. Et ſane Columellæ Codex Lipſienſis ſæpe* deſtringere *habet*, *ubi de olea ſermo eſt.*

Diſturbata reſtituere, Col. 11, 2.

Ditem Jovi præpoſuit Proſerpina, Col. 10, 273.

Divaricatæ taleæ, Cat. 45.

ne Divaricent boum ungulæ, Varr. 2, 5.

Diverrere humorem, Col. 7, 4.

Diverſoriæ tabernæ, Varr. 1, 2.

Diverti ad aliquem, *de eo, qui ex via in ipſa urbe paulum deflectit*, Varr. 2, 11.

Dividere diem meridie, Varr. 3, 2.

Dividuum in domo nihil, Col. 12, Præf.

Divina ſi faverint, Pall. 1, 1.

Divini non conſulendi, Cat. 5. Col. 11, 1.

Diviſuræ laterum, Pall. 11, 12.

Divitiæ pecudes, Col. 6, Præf.

Divortium veris & hiemis, Col. 4, 27.

ſub Divo, *an ſub* dio? eſſe, Col. 6, 13. *it.* 12, Præf. ſub divo *certe* Veg. 3, 4. *& MS. Lugd.* Pall. 4, 10.

Diureticæ potiones, Veg. 3, 72. diuretica vina, Pall. 11, 14.

Diutino ſole vaneſcunt, Pall. 1, 10.

ad Diuturnitatem ſtirpis confert, Col. 3, 2.

Do. dare *an vendere eſt* Cat. 138? dato bibere, Cat. 89 & 103. dare materias, Col. Arb. 6.

Docenti & diſcenti opus eſt exemplo, Col. 11, 1.

Dociles ad agriculturam, Varr. 1, 17.

Docta & erudita palata, Col. 8, 16.

Documenta, *indicia*, Col. 6, 29.

Dodrans jugeri, Col. 5, 1.

Dodrantalis altitudo, Col. 11, 3. ſtirps, Col. 5, 6.

Dolabella expurgare ſi quid emortuum eſt, Col. 4, 24. * terram dimovere, Col. 4, 24.

Dolabelliana pira, Col. 5, 10. 12, 10.

Dolabra acuta abradito, Col. Arb. 10. * dolabris circumfodiuntur roſaria, Pall. 3, 21. diſſipandæ glebæ, Pall. 2, 3.

Dolabratæ ſecures, Pall. 1, 43. *Earum imaginem, ni fallor, expreſſit Grævius ad Florum 4, 10, 10.*

Dolet cor, Cat. 157.

Doliolum vitreum, Veg. 4, 13.

Dolium fictile, Col. 12, 54. dolia, quæ figuli faciunt, Varr. 3, 15. patentiſſimi oris, Col. 12, 6. in dolii utero, Col. 12, 4. doliorum in modum formata vaſa, Col. 12, 4. dolia demerſa humi, Col. 12, 18. *in cella, ut tolli & tractari pro arbitrio non poſſint. Talia fuiſſe dolia quædam, diſcimus ex Ulpiano l. 3. π. de tritico, vino, vel oleo leg. (33. 6)* In doliis non puto verum, ut vino legato & dolia debeantur, maxime ſi depreſſa in cella vinaria fuerint; aut ea ſunt, quæ per magnitudinem difficile moventur. *Vid. ad h. l. Cujac. Obſ. 2, 36, ſimiliaque loca ICtorum laudata a Gothofredo ad l. 17. π. de actionibus emti & venditi. & add. Plin. 14, 27:* Mitiores plagæ doliis condunt vina, infodiuntque terræ tota aut ad portionem ſitus, *h. e. tanto profundius, quanto aer eſt calidior &c. Errat enim hic Harduinus. Vid. & Pall. 1, 18.* doliorum opercula, Cat. 11. dolia acinaria & frumentaria, Varr. 1, 22. amurcaria, frumentaria, vinaria, Cat. 10 & 11. nova imbui ut debeant, Cat. 69. ut picari, Col. 12, 18. picata, defricata, lota, ſiccata, Col. 11, 2. odorata ut fiant, Cat. 105. vindemiæ ut parentur, Cat. 39. Col. 12. 18. ut olivitati, Col. 12, 50. dolia muſto ſpumantia, Col. 10, 432.

Dolitantes partes, Cat. 157.

Dolo. dolantur in quadrum perticæ, Col. 8, 3.

Domeſticus labor matronalis fuit, Col. 12, Præf. * domeſticum factum e fero, Col. 8, 14. domeſticæ pecudes, Col. 10, Præf. aves, Col. 8, 15.

in Domicilium ſuum revolant aves, Col. 9, 9.

Dominatur unum in ruſticatione, Col. 1, 8.

Dominicæ habitationes, Col. 9, Præf.

Dominus quæ obſervare debeat, Col. 1, 7. 2, 1. domini oculi & veſtigia, Col. 3, 21. 4, 18. præſentia, Pall. 1, 6.

coli. Col. 1, 1. cum domino, quem villicus docet, male agitur, Col. 11, 1.

Domitura boum, Col. 6, 2.

Domo. domare ad aliquid asinum, Varr. 2, 6. domandi expeditior tutiorque ratio, Col. 6, 2. Varr. 1, 20. ad domandum proni boves, Varr. 1, 20. *h. e. qui domentur. Talia gerundia, passive accepta, habet Cortius ad Sall. Jug. 62, 8.*

Domus. domo meæ, Cat. 134. hæc ubi domo nascuntur, Varr. 1, 8.

Donicum, *donec*, Cat. 146 & 149.

Dos. dotem vineis præparare, *i. e. pedamenta, vimina*, Col. 3, 3. dotibus magnis commendantur uvæ, Col. 3, 2.

Dossuarii aselli, Varr. 2, 6. *i. e. asini onus in dorso ferentes. Nam antiqui dicebant* dorsum *&* dossum. *Schœttg.* dossuaria jumenta, Varr. 2, 10.

Δρακαὶ s. δράκες in canibus, vestigiorum articuli & ungues, Col. 7, 12.

Draco, palmes emeritus, pluribusque induratus annis, Col. 5, 5. *Sic Georgius Merula s. Alexandrinus. At Columellæ quidem locum non invenio; sed video verba hæc legi apud Plinium 17, 35, ubi,* Nuper, *inquit*, repertum draconem serere juxta arborem *&c. Si est apud Columellam, miror, qui diligentiam & meam & aliorum effugerit, etiam Harduini, qui diligentissime cum Plinio Moderatum confert.*

Dracontios vitis, Col. 3, 2.

Dragantum. *ita sæpe est apud* Vegetium, *ut ab auctore ipso videatur profectum, v. g.* 1, 56, 58, 59, 60. 3, 12. *Est autem* Tragacantha s. *gummi hujus arbusculæ, teste Dodonæo p. 751.* * cum dragante *legitur* Veg. 1, 33. * Dragantidis *MS.* Veg. 1, 59 & 60.

Dragmas VIII, Pall. 8, 8. *etiam MS. Sylb. pro* drachmas.

Dryadum choros, Col. 10, 264.

Dubito. eosque nemo dubitat quin optimi sint, Col. 6, 3.

Duco. duce, *pro* duc, Varr. 3, 2. ducere sulcum, Col. 2, 2. in propaginem virgulta, Pall. 12, 7. * ducat in se eosdem sapores, Pall. 11, 10. ducitur e cœlo ac terra salubritas, Varr. 1, 4. * *pro* inducere. supra ducenda est terra, Pall. 3, 25. calcem ducere, Pall. 1, 13. cicatricem, Col. 4, 22. * *educere, evellere.* fabam, Col. 11, 2. pilum, Col. 6, 32. * ducere peræque, Varr. 3, 16. *h. e. medio proportionali invento inæqualia pretia æquare. Nostri, eins in das andere rechnen.*

Ductim & cæsim *opponuntur. Qui* ductim *putat vineam*,

prius applicat ferrum, *& ita* quæ destinavit præcidit, *qui* cæsim, hunc ictus frustratur interdum, Col. 4, 25.

Ductu falcis facta putatio, non ictu, Col. 4, 25. ductibus fossarum siccetur ager, Pall. 6, 3.

Duceni quadrageni pedes, Col. 5, 3.

Ducentum, *indeclin.* pro ducentos, Col. 5, 3.

Duis bonam salutem, Cat. 141.

Dulcedo soli, Col. 2, 2. fructus, Col. 3, 1. * *pro prurigine & titillatione*, Veg. 3, 15. *Hinc & pro morbo scabiei simili*, Veg. 2, 52.

Dum tamen, Col. 1, Præf.

Dumtaxat, Cat. 49.

Duo villici, Varr. 1, 18. duo libros, Varr. 3, 1.

Duodecima una *pars*, Col. 5, 1. *Scribi jubet* unà *cl. Pontedera, hic & paulo post semel atque iterum, ideo credo, ut intelligatur*, una *adverbium esse, non casum rectum ad* pars *relatum: quod nobis quoque, fateamur enim, ita videbatur.*

Duodequinquagesimo die, Col. 9, 14.

Duodequinquaginta, Col. 9, 14. 12, 5.

Duplicem relationem ejusdem vocis suspicamur in Ut. *Ita forte duas quasi personas sustinet* præcipiemus, Col. 9, 14. Amici *in illo Cic. Læl. 13 extr.* ut & bonis amici diffundantur. *Videmur idem nobis observasse in Herodot. 1, 27, ubi optat Crœsus*, Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι ΕΛΘΕΙΝ ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι. *Quæ ad verbum ita videntur transferenda:* Utinam Dii faciant in mentem insulanis *venire*, venire contra Lydos *&c. Operæ sane pretium videtur, diligentius ad hæc talia attendere. vid. Cort. ad Plin. Ep. p. 203. & nos ad 8, 6, 17 &c.* * Duplex spina *laudatur in equo*, Col. 6, 29. * Duplices novem ficus, *h. e.* XVIII, Veg 1, 38. *si audias marginalem Sambuci observationem. Sed cum recurrat* 1, 56, *& alias, ubi locum vix habet ea interpretatio, aliunde illud epitheton esse videtur: auctore Schol. Horatii S. 2, 2, 122 est bifida.* * Duplicia quam numerus exigit, *h. e. alterum tantum*, Col. 1, 8.

Duplicat pretio reditum, Col. 12, 50. duplicantur incrementa, quæ speraveras, Pall. 12, 7.

Duplicatæ *pulpæ*, Pall. 4, 10. *h. e. compressæ & inculcatæ, contractæque. Quæ interpretatio non absurda, credo, videbitur, si quis cogitaverit, non modo* duplices *&* duplicari *dici, qui vulnerati se contrahunt, (* ἰδνωθέντας *apud Homerum) ut ad Virg. Æn. 11, 45, Ovid. Met. 6, 293, Val. Flacc. 6, 509,*

Statium Theb. 3, 89, viri docti observarunt: sed Maximo etiam Valerio 5, 1 extr. 1 duplicatum frigore corpus *dici, defendente eam lectionem Gronov. Obs. 4, 19, cui hic Palladii locus suppetias ferre felices videtur.*

Dupondiarius *forte leg. pro* dipond. *ubi vid.*

Dupondium, *duo pedes*, Col. 3, 15. 4, 1 & 32. dupondio & dodrante altus sulcus, Col. 3, 13. dupondium semissem, Col. 6, 19. *vid.* Dipond.

Durabilis liquor, Col. 12, 38. ficus, Pall. 4, 10. salsura, Col. 12, 53.

Durabilitas frumenti, Pall. 1, 36.

Duracinæ vites, Col. 3, 2. uvæ, Cat. 7. Duracina Persica, Pall. 3, 25. 12, 7. *vid. quos laudat Needham. ad Geop. 10, 13. inprimis Casaub. ad Suet. Aug. 76.* Duracinæ *primo vites dictæ videntur a* duris acinis*: deinde translatum nomen ad ea Persica, quorum caro ossibus vehementius hæret: ita certe Plin. 14, 3.* duracina *a reliquis distinguit.*

Duramenta *s.* duramina in vite, Col. 4, 21 & 22. Pall. 3, 12.

Duratus rusticis operibus, Col. 1, 8. *cf.* 11, 1.* durata salibus aqua, Col. 7, 4. *ea dicitur, quæ dura facta est, i. e. salsa & acida, cui rei plurimum confert sol. In qua duri sales, id est, valde salsi liquefacti sunt, &* dura *dicitur aqua ac* durata, *ut* dura muria. *Inde &* sale durati pisces, *pro* salitis. *Schættg. Vid.* Dura muria.

Duritia ætatis repugnante, Pall. 4, 12.

Duro. durare ungulas, Col. 6, 37. * siccitatem & ventos, Pall. 3, 9. *Crescentius 4, 5:* quæ per siccitatem durat, & ventos non timeat. *Ponted.*

Durus. dura muria, Col. 6, 30. 12, 6 & 7. *est eadem quæ* matura, *salsissima, quæ* durare *proinde condita potest. Sic intellexit etiam Turneb. 17, 16.* durum vinum *suavi opponitur*, Pall. 11, 14. *Sic* acetum durum *Sammon.* 40.

Dux. duces agricolarum Dei, Varr. 1, 1.

Dysenteria si jumentum apprehenderit, Veg. 3, 11.

Dysenterica passio, Pall. 3, 31.

Dyspepsia quo vino curetur, Cat. 127.

E.

Eadem. narra isti eadem, Varr. 2, 5. *intell.* opera, *dum advocatus es.*

Eapropter, Col. 8, 14.

Eatenus, qua, Col. 12. 9.

Eblandiatur lac igneam sævitiam morbi, Col. 7, 5. *h. e. blando calore suo evocet, & hoc ipso mitiget igneam sævitiam morbi.* eblanditus est mas superjectu (*de asini coitu*) Col. 6, 36. * eblandiantur solitudines ruris, Col. 8, 11. *passive, blandimento quodam vincantur, quo minus molestæ sint. Nisi tamen legendum* eblandiatur.

Ebrioso cum memoria cura officii subtrahitur, Col. 11, 1.

Ebulum ex segete vellito, Cat. 37. ebuli baccæ, Col. 10, 10.

Eccum recta candidatus, Varr. 3, 17.

Ecedermia, Veg. 3, 54. *Est sine dubio Gr.* ἐχεδερμία, *licet ignota lexicis.* Cardiacam *habet S. M. inde forte, quia cor laborare credit vulgus in hoc morbo. unde & Germanis vocatur* das Herzgespann.

Echini falsi, Pall. 2, 16. marini condiuntur, Pall. 13, 6. * castaneæ, Pall. Insit. 155.

Echionii Bacchi palmes, Pall. Inf. 45. *Echion fuit unus ex iis quinque, qui reliqui fuerunt ex satione dentium Cadmi. Ovid. Met. 3, 126:* Quinque superstitibus, quorum fuit unus Echion, Is sua jecit humi monitu Tritonidis arma, Fraternæque fidem pacis petiitque, deditque. Hos operis comites habuit Sidonius hospes, Cum posuit jussam Phœbeis sortibus urbem, *i. e. Thebas. Unde h. l.* Echionius, *h. e. Thebanus dictus est Bacchus, quia matrem habuit Semelen, Cadmi Thebanorum regis filiam. Hesiod. Theog. vers. 917. Schœttg.*

Ἠχοὶ, argutæ valles, Col. 9, 5. *alia descriptio* Pall. 1, 37.

Edaces multi cibi, Col. 6, 2.

Ederacea frons, Cat. 54. materia, Cat. 111. ederaceæ baccæ, Col. 8, 10. ederaceum vas vinum non continet, Cat. 111. *Conf. Plin. 16, 63.*

in Editiore silvæ fronde, Col. 9, 8. editissima ædificia, Col. 8, 8.

Edo, *priore corr.* Quod pecus libentius est, Varr. 1, 52. edit *pro* edat, Cat. 156. edent *pro* edant, Cat. 53. esto, Cat. 159. *ubi &* comesto. estur, Col. 2, 10. esse, Cat. 157.

Edo, *priore longa.* Edunt stercus volucres, Col. 2, 15. homines corporibus, Col. 2, 15. edere conceptos, Col. 6, 24.

Edolatæ lingulæ, Col. 8, 11. *Fabri nostri vocant* Zapfen: *pars est tenuior trabis, quæ in foramen alterius convenit, &*

plerumque clavo trajecto per utramque trabem figitur. Ita lingula vectis *intelligenda &* lingua *apud Vitruv.* 10, 8. *Ita* tubuli *apud eundem* 8, 7, lingulati ab una parte, ut alius in alium inire convenireque possint. *In his omnibus nimirum* lingua, lingula & ligula *est pars tenuior, quæ recipi a cava alia possit.*

Edomitus humor, Col. 1, 5. edomita pastinaca, *sativa, agresti oppos.* Col. 9, 4. edomitam hoc reddit feritatem, Col. 11, 3.

Educatio (*activa s. nutricatio canis fœtæ*) aufert incrementum totius habitus, Col. 7, 12.

Educatrix pullorum gallina, Col. 8, 11.

Educo, *as.* educare mulum paleis, Varr. 2, 8.

Educo, *is.* educere radicem ex terra, Varr. 3, 10. everriculo pisces, Varr. 3, 17. fistulam, *facere in fonte saliente*, Varr. 3, 14. educit terra sulphur, Pall. 9, 9. ager calamos, Pall. 12, 1. educere alumnos, Col. 4, 27. *pro* educare. *sic* educi, Pall. 1, 28. * *dono auferre significat* Varr. 3, 17.

Eductione uberis pendent apes, *h. e. ubere formato*, Pall. 7, 7.

Eductus altricis uberibus, Col. 3, 10.

Eduro. edurandus rusticis operibus, Col. 11, 1.

Effectui sibi cessisse sensit, Pall. 4, 12. *es sey ihm angegangen.*

Effeminatorum gestus, Col. 1, Præf.

ubi satis Efferverit, Cat 115. *Ita in cunctis MSS. invenimus, sed accurati etiam Grammatici ostendunt, vetustissimos sæpe sic locutos esse. Virgilium etiam eadem ratione dixisse*, Fervere Leucaten, *manifestum est. Hoc multis locis ita conformatum tempus restituimus. Victor.*

Efficacissima remedia, Col. 2, 18.

Efficiunt oleum factores, Cat. 64. efficere sestertios centenos, Col. 3, 3.

Effœtum & defatigatum solum, Col. 1, Præf. effœti senio tauri, Col. 6, 24. * effœta *simpliciter pro* fœta, Col. 7, 5 & 12. 8, 5. 9, 1. * cum effœtus fuerit grex pullorum, Col. 8, 5. *pro effotus, fotu exclusus, Sylb. Si de emendando ita loco cogitavit vir doctissimus, verear ut feliciter. Neque enim alias, credo, occurrit verbum* effotus: *nisi forte præsidium illi petere aliquis velit a Vegetiano* effovet, *de quo statim. Ursino legendum videbatur* effectus, *ut* 8, 11: donec quinque & viginti capitum grex efficiatur; *& c.* 14: longe major grex effici-

tur. *Similiter ap. Virgil. Georg.* 2, 417 effœtus *vitiose est pro* effectus, *quod MSS. habent.*

Efforatur truncus, Col. 9, 1.

Effovet, Veg. 4, 28. *si vera lectio est, significat blande & fovendo quasi aufert atque erodit, sive potius, comedendo supernascentem carnem, effovet vulnus & sanam carnem elicit.*

Effugiunt somniculoso plurima, Col. 11, 1.

Effundit se magnus venter ad sustinendum fœturæ onus, Pall. 3, 26. effunditur in materiam & frondem vitis, Col. 3, 2.

ad Effusionem deponitur vitis, Col. 3, 2.

Egelidum ver, Col. 10, 282. Egelidus *utramque significationem habet, & minus gelatum, aut rigidum, & valde. Ovidius:* Egelidum Borean, egelidumque Notum. *Tepidum significat apud Columellam. Frigidissimum apud Auson. epist. XXIV:* Egelidæ ut tepeant hiemes, rabidosque per æstus Aspirent tenues frigus subtile aquilones. *Barth.* 23, 21.

in Egeno esse, Col. 3, 10. 4, 31.

Egerminant oculi, Col. 4, 17, 27 & 32.

Egerit fructum vitis, Col. 3, 2. *al.* exigit. egeritur stercus e columbariis, Col. 2, 15.

Egestionis foramen, Veg. 3, 15.

Egesto primo amne spumantis musti, Pall. 11, 14.

Egressus liber permittitur columbis, Col. 8, 8.

Ejectura *leg. pro* jectura, Veg. 2, 45. *Vid. statim* ejicere, *h. e. luxare.* Sic

Ejectus. ejecta locis suis restitues, Veg. 2, 46.

Ejicere ex se vitem, Varr. 1, 31. partem seminum, Col. 2, 11. in agrum pullos pascendos, Pall. 1, 28. * cervicem, *luxare*, Veg. 2, 41. armum, Veg. 2, 45.

Ejuncidum sarmentum, Varr. 1, 31. *tenue, instar junci.* ejuncidæ mulieres *Victor. & Scal. pro* levuncidæ, Varr. 2, 10.

Elabitur succus lætaminis per totum pratum, Pall. 3, 1.

Elaborare ut, Col. 12, 1.

Elacata *f.* fusus piscis, Col. 8, 17.

Elegantium mensæ, Col. 7, 2.

Elementa sacra spiritus, Col. 3, 10.

Elephantiasis, Veg. 1, 9 & 16. elephantiosis boum, Veg. 3, 2.

ad Elephantinen neque ficus neque vites amittunt folia, Varr. 1, 7. *Theophr.* 1, 6: περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους, οὐδὲ τὰς συκάς φασι φιλλοβολεῖν. *Ursin.*

Elephanti intra mœnia nostra nati, Col. 3, 8.

Elevare serum fructum cum præcoque, Col. 3, 21. *h. e. capere, auferre. Sed non dissimulo videri mihi legendum* levare, *verbum usurpatum in tali re Palladio. Ita Ulpian. l. 4. π. de censibus* § 3: Agri tributum in eam civitatem debet levari, in cujus territorio possidetur. *Quam late patuerit vocis* levare *usus in provinciis, Italorum, Hispanorum, Gallorum, qui hodie sunt, consuetudo declarat.*

Elices qui? Col. 2, 8. elices facere, Col. 11, 2. *Festus:* Elices sulci aquarii, per quos aqua educitur e liris. *Eædem sunt* fossæ, quas sulcant, quo pluvia aqua delabatur, Varr. 1, 29. *vid. Salmas. ad Solin.* p. 512. *Add. Eustath. ad Iliad.* μ. *294, p. 905, 46 edit. Rom.* Ἕλιξ ἡ ἁπλῶς συστροφὴ, ἐπὶ ὁδοῦ τυχὸν, ἢ ὕδατος, ἢ καμπτῆρος.

Elidit vaccarum altera conceptum alterius, Col. 6, 23. *add.* 7, 9. eliditur rex apium, Col. 9, 9 & 11. elidendæ herbæ, Varr. 1, 47.* *In cura jumentorum utitur hoc verbo* Veg. 1, 26. *it.* 2, 27. *ubi* dejicere *videtur significare, ut minus reluctans animal tanto facilius curari possit.*

Eligere manu herbas, Col. 4, 5. pedes e capite pullorum, Varr. 3, 9.

Elimpidaveris, Veg. 1, 26. elimpidat omnia vulnera, Veg. 2, 27. *vid.* Elymp.

Eliquamina salsamentorum, Col. 9, 14. *Melius Lipf.* liquamina: *nam ita garum, aut quævis alia salsamenta eo tempore vocabantur. Vid. Listerus ad Apicium Art. Coq.* 7, 7. *Schættg. Sed tamen* eliquare *etiam plus semel dixit Columella; vid. infr. h. v.*

Eliquatam aquam transfundere, Col. 12, 21. eliquatum mustum omni fæce careat, Col. 12, 19. a fæcibus vinum, Col. 12, 27.

Eliquescere, Varr. 1, 55.

Eliquo in secunda labra, Col. 12, 50. lixiviam, Col. 12, 22. mel, Col. 12, 12.

Ellipsis. Neque per eas quidquam ire intro possit (*eorum*) quæ nocere solent gallinis, Varr. 3, 9. *Vocum* bene est! Col. 12, 7. *post verba*, deinde si tantum remiserint humoris, ut suo sibi jure ablui possint. τῆς quam, *vid.* Plus.

Ellops ad Rhodon., Varr. 2, 6. *alii* helops; *ut* helops Pamphylius, Col. 8, 16. *ubi al.* elops.

Elocare boves, Col. 1, 7.

Eloquentiæ parens *Homerus*, Col. 1, Præf.

Elota oliva, Col. 12, 50. *vid.* Eluta.
Eluacrum labrum, Cat. 10 & 11.
Eluit imber perniciem venenati humoris, Col. 1, 5. eluantur baccæ immundæ, Col. 12, 50. * eluant (*helluando exhauriant*) Ponticum Phasin, Col. 8, 8. *cf. Petron. c. 119.*
Elvenacæ vites, *vid.* Helvenacæ.
Eluta vinacia, Col. 6, 3. *vid.* Elota.
Eluvies balnearum, Pall. 1, 40.
Eluxuriabuntur vites pampinis, Col. Arb. 3.
Elympidanda omnia vulnera, Veg. 4, 28.
Em quin adſum, Varr. 1, 56. *In excuſis antea* en. *antiqui libri* em, *ut Medicus Codex in Ep. Cic. ad Cæſ. Dict.* Em hic eſt ille. *Pronuntiata hæc ſunt* δεικτικῶς. *Vict.* Em ibi tu quidquam naſci putas poſſe? Varr. 1, 2.
Emaciatum armentum, Col. 2, 11. emaciatis vineis, Col. 2, 10.
Emacio. emaciat denſitas plantas, Col. 4, 33. emaciant ſtirpem, Col. 4, 24. emaciari flagellis, Col. 4, 6.
Emacitas in armentis, Col. 4, 3.
Emanat vis ſaniei, Col. 6, 32.
Emarcus *vitis*, Col. 3, 2. *cf. Plin. 14, 4.*
Ematites lapis, *hæmatites*, Veg. 1, 20. 4, 12.
Emax. emacem eſſe non oportet patrem fam. Cat. 2.
ad Embammata idoneum ſinapi, Col. 12, 55. *vid.* Bambatæ. *Plinius noſter* intinctus *ſubinde vocat*, *quæ Græco vocabulo* embammata *nuncupantur. Sunt autem liquamina multiformia*, *quibus intingimus bucellas eſcarum*, *gulæ prorſus irritamenta*, *vulgo* ſapores *appellant. Græci dicunt* ἐμβάπτειν, intingere: *unde &* embammata, intinctus. *Illud ex Evangelio*, qui manum intinxerit in catino, *Græce dicitur* ἐμβάψας τὴν χεῖρα τῷ τρυβλίῳ. *Beroald.*
Emblema *in luxu* villarum, Varr. 3, 2.
Ἐμβρύου ἄκος, ſ. ἔμβρυον ἄγειν, partum educere, Col. 7, 3. *Ita poſuit in Indice ſuo Sylburgius. Sed legitur rectius* ἐμβρυουλκεῖν.
Emendare bovem cubitorem, Col. 6, 2. perperam factum, Col. 11, 1.
Emerſus Caniculæ, *h. e. ortus*, Col. 7, 3.
Emicat a capite vitis, Col. 4, 24. in jugum materia, Col. 4, 20. nux poſita celeriter, Col. 4, 33. ſagitta in vite, Col. 3, 17. ſtilus, Col. 11, 3.
Emina, *vid.* Hemina.

, ab Enata ftirpe, *h. e. a ftirpe, e qua enatæ funt vites*, porriguntur, Col. 5, 4.

Encytum (Enchytum) uti fiat, Cat. 80. *Eft genus placentæ, fic appellatum ab ἐγχυτεύειν, infundere, quia infundebatur in calicem pertufum in unguine pofitum. Meminit* encyti *Athenæus lib. 14, & Hefychius. Popma.*

Enitefcit mel optimæ notæ, Col. 9, 14.

Eniti fpatium, Col. 2, 2. cum enixus eft, Col. 1, 9.

Enixæ vaccæ, quæ parere defierunt, Col. 6, 22.

Ennæi æquoris lilia, Col. 10, 270.

Enodata vitis, Cat. 33.

Enodo virgas falce, Col. 5, 6. enodato, Cat. 44.

Enormitas onerum, Veg. 2, 54 & 59.

Enormiter ablatus fanguis, Veg. 1, 36 & 56.

Enucleata ex auctoribus collegi, Veg. 3, Præf.

Enula, *pro* inula, *edd.* Veg. 3, 70.

Enutriunt fata coloni, Col. 3, 3.

Eo, *is.* ire in femen, Cat. 161. *Sic noftri, in Saamen gehen.* alvus non it, Cat. 157.

Eo plumbum infundito, Cat. 18. indito, *ibid.* addito oleum, Cat. 156.

Eodem infundito, Cat. 108.

Eoufque dum, Col. 4, 30.

Eoo Lucifer ortu, Col. 10, 291.

Epaphærefis. *Ita vid. leg. pro vulg.* Apoforefis, Veg. 3, 25. *eft enim* epaphærefis *repetita evacuatio.*

Epar. epatis ufus, Veg. 3, 55.

Epatica *vel* Epatice aloe, Pall. 11, 14.

Ephippium, Varr. 2, 7.

Epicœnorum nominum periphrafis, Varr. 3, 5.

Epidarmus, Veg. 2, 61. *Vitium effe videtur, cutis jufto durior poft vulnus enafcens.* Epidermis *eft ipfa* cuticula, *cuti hominum fuperintenta ordinarie.*

Epidromus in torculari oleario, Cat. 13. Epidromum *virgam ferream intelligit, per quam cortinæ annulis transjiciantur, Vlitius ad Grat. 26. Sed nefcio, an ita delicate poft velum dormire fervos in torculari voluerit Cato. Quid fi* epidromus *fit funis, aut lorum? in reti certe eft funis* epidromus. *Funem, quo lectus fubtendatur, intelligit etiam, noftramque adeo explicationem firmat Turn. 7, 24.*

Epilepfia boum, Veg. 3, 33.

Epimelis, *vid.* Hypomelis.

Epiphora oculi, Col. 6, 17. ejus definitio, Veg. 3, 4. curatio, Veg. 2, 22.

Epirotæ equi, Veg. 4, 6.

Epirotici pecuarii athletæ, Varr. 2, 1. boves meliores, Varr. 2, 5. peculiarem formam habent, Col. 6, 1. canes laudati, Varr. 2, 9. Epiroticæ familiæ, Varr. 1, 17. in Epiro (Epeiro) pecuariæ, Varr. 2, Præf.

Epiftatæ villicæ, Cat. 56. *ita junxit cum plerisque Sylburgius.*

Epiftomici equi, Veg. 1, 27 & 38. *videntur esse* opifthotonici. *Eadem lectionis varietas est* Veg. 3, 24.

Epiftomium, *vid.* Epitonia.

Epiftylium, Varr. 3, 5.

Epitomis fex circumfcripta multa volumina, Col. 1, 1.

Epitonia, Varr. 3, 5. *ubi al.* epiftomia, *quæ varietas etiam in aliis veterum locis occurrit, v. g. l. 17. π. de action. emt. venditi. ad quem locum Budæus Ann. pr. p. m. 216. b.* Epiftomium eft æramentum, quo ora falientium obturantur & laxantur, cum opus eft. Dum manu ducitur vertibulum illud pertufum, quod admittit vel arcet aquam, prout hoc, aut illo modo verfatur. Epiftomia *dicta videntur ab usu, quod* obturant os *fistularum vel doliorum:* epitonia, *a similitudine eorum, quibus nervi intenduntur in instrumentis musicis. A figura nostri & Angli, itemque Itali* gallos, cock, hahn, *ab eadem* Delphinos, *nisi fallor, Kircherus in hydraulicis: quamquam non ignoro, aliter in eadem disciplina sumi apud Vitruvium.*

Epityrum ex olivis, Cat. 119. Col. 12, 47. *M. Varro lib. de lingua Latina tertio, enarrans illud Plautinum:* Si unum epityrum eftur. Epityrum (*inquit*) vocabulum eft cibi, quo frequentius Sicilia, quam Italia, ufa. *Quidam, quia apud Græcos caseus dicitur τυρὸς, opinati sunt,* epityrum *dici cibum caseatum, quibus reclamat auctoritas scriptorum classicorum, quos nominavimus. Videtur autem appellari* epityrum *a confracta oliva, quæ Græce dicitur πίτυρις. Beroald. Alii nomen inde derivant, quia ἐπὶ τὸν τυρὸν, ad caseum apponebatur. vid. Taub. ad Plaut. Mil. 1, 1, 24. Schœttg.*

Epiurus, *paxillus*, Pall. 12, 7.

Epulæ oves, *i. e. quæ epulis servire possunt, MSS. pro* rejiculæ Varr. 2, 1. *Sic* epulæ dapes, epulum prandium *&c.*

Epulum quotidianum, Varr. 3, 2.

Equæ quæ probentur, Varr. 2, 7. ut tractentur, Varr. 2, 7. afinum ut admittant, Col. 6, 37. fi rabiant, Col. 6, 35. * Olympionicæ, Col. 3, 9. * e vento concipientes, Varr.

2, 1. Col. 6, 27. *De hac & similibus fabulis feminarum sine mare concipientium Jo. a Wower Polym. c. 11, p. 81 sq.* * equis feminis, Col. 6, 37.

Equariæ grandes, Varr. 2, Præf.

Equiculus (Q. Modius) *s.* Æquicolus, Varr. 2, 7.

Equidem mihi videntur, Varr. 1, 5.

Equina emtio, *h. e. equorum*, Varr. 2, 7. equinum pecus tripartitum est, Col. 6, 27.

Equitii *unde dicti*, Varr. 2, 1.

Equuli, Varr. 2, 8. equulorum domitura, Varr. 2, 7.

Equus (*cælestis*) oritur, Col. 11, 2. * de equis quæ tenenda, Varr. 2, 7. Col. 6, 27 ad 30. Pall. 4, 13. equorum usus diversus, Varr. 2, 7. patriæ & ingenia, Veg. 4, 6. cura & medicina, Col. 6, 30. * equus, *pro* equa, Varr. 2, 7. diuturniores equos *&c.*

Eradere muscum, Col. 4, 24.

Erbas ternas herbæ Sabinæ, *Garg. Mart. Quid si* herbas? *Stœcke.*

Erecti pisces, Col. 8, 17.

Ergastularii, Col. 1, 8. *præfecti compeditis ad custodiam & opera exigenda.*

Ergastulum subterraneum, Col. 1, 6. ergastuli mancipia, Col. 1, 8. 11, 1. ergastula & nexus civium, Col. 1, 3.

Erichthonius, Col. 9, 2.

Erigones canis, Col. 10, 400. *Erigone fuit Icarii filia, cujus parens cum a rusticis Atheniensibus esset occisus, canis illius, Mæra nomine, filiæ indicavit, ubi parentis corpus jaceret, quod ipsa sepelivit, seque in monte Hymetto suspendit. Deinde ex petito Bacchi Erigone & canis ejus inter sidera relatæ sunt.* Erigone *quippe dicitur* virgo, canis *autem* Sirius. *Scholiastes Germanici p. 128. Schœttg.*

Ἐριθάκη, Varr. 3, 16. *Hesych.* Ἐριθάκη ἡ ὑπὸ τῶν μελισσῶν παρατιθεμένη τροφή. *Schœttg.*

Erneum, Cat. 81. erneum & irneum *propter affinitatem literarum* e & i *appellatur libum, quod in hirneam fictilem indebatur.* Hirnea *est vasculum planum, & ex parte concavum, referens formam manus ab* hir hirnea, *& detracta aspiratione* irnea *&* irnella, *cujus meminit Festus. Apud Plautum in Amphitruone est genus vasis vinarii:* Hirneam implevi; *etsi nonnulli libri habent* herniam: *quod non improbo. Popma ex Turnebo 23, 10.*

Erratica brassica, Cat. 157. *De hac Plinius ex nostro, H. N. 20, 36.*

Erronem ducem retinere, Col. 9, 10. *Erraticum & fugitivum. Labeo jurisconsultus, ut scriptum legimus titulo ad aedilitium edictum, definit* erronem *esse* pusillum fugitivum, *& ex diverso*, fugitivum magnum erronem *esse: sed proprie erronem sic definiunt jurisconsulti eum, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumtis ad dominum redit. De errone terno ait Horatius:* Fugitivus & erro. *Beroald. Quid sibi velit vox* terno *non intelligo, inspecto etiam Horatii loco Sat. 2, 7, 13.*

Erronei canes, Col. 7, 12.

Eruca salax, Col. 10, 372. Priapo vicina, Col. 10, 108. * eruca *κάμπη ut profligetur,* Col. 11, 3. 10, 333. Pall. 1, 35.

Eructo. qui eructant aves Gangeticas, Col. 8, 8. * eructant aquam mammillæ in fontibus, Varr. 3, 14. * eructat humores ager uliginosus, Pall. 2, 13. virus, Col. 1, 5.

Eruderatum solum, Varr. 2, 2.

Erudire est difficile, Col. 11, 1.

Eruditus omni opere rustico, Col. 11, 3.

Ervila, *an* ervilia? Varr.* 1, 32. *Eadem lectionis varietas occurrit* Col. 2, 14.

Eruendi pedes equorum, Veg. 1, 56. *f.* eluendi? *sed & ipsum* eruere *ad purgationem referri potest magis sollicitam.*

Erumpit tumida, *active pro* rumpit, Cat. 157.

Eruncare herbas, Col. 2, 11.

Eruptione facta profugere, Col. 9, 10.

Ervum fresum & aqua maceratum, Col. 6, 3. mollitum, Veg. 3, 48. ejus satio & cultura, Col. 2, 11. 11, 2. Pall. 2, 8.

Eryngii radices, Col. 6, 5. Veg. 3, 2 *describitur. Officinis Iringus, Germ. Manns - Treu.*

Erythræo ariete, Col. 7, 2. erythræis arietibus, Col. 7, 3. quos vocant ἐρυθροὺς, Col. 7, 2. *cf. Solin. c. 33.*

Escæ optima olea orchis, Col. Arb. 17. ad escam ferere faseolum, Col. 11, 2. vites, Col. 3, 2. ab escis remotissima villica, *h. e. quæ non liguriat*, Col. 12, 1. * *pro cibo medicato*, Veg. 3, 4.

Esculentæ merces, Col. 11, 3.

Esitare brassicam, Cat. 157.

Esui condere oleas, Varr. 1, 60.

Et etiam Græci, Varr. 2, 4. *conf.* 1, 48 & 59. *it.* 2, Præf. *it.* 4 & 7. *Add.* nec non etiam *f. l.* & item, Varr. 2, 1. etiam

item, Varr. 2, 1. & id etiam ignotiſſimis quoque, Varr. 1, 1. & is non, *neque is*, Col. 2, 16.

Eteſiæ Kalendis Auguſtis, Col. 11, 2. flare deſinunt III Kal. Sept. *ibid.*

Etiam nunc, Varr. 3, 1 & 2. etiam &, Col. 6, 3. neque ſcirent etiam, Varr. 1, 2. *h. e. nondum ſcirent.*

Etymologiæ Varronis (*vid. de illis Scal. ad 3, 1.*) & verborum diſputationes, alliterationeſque. Alvi apum ab alimonio, 3, 16. Appius ab apibus, *ibid.* Ariſta, quod prima areſcit, 1, 48. Arvum, quod aratum nec dum ſatum, 1, 29. Bālare, belare a ſono vocis, 2, 1. ex βοῦς compoſita, 2, 5. Canterii, quod ſemine carent 2, 7. Capræ a carpendo, 2, 3. Capreolus a capiendo, 1, 31. Chordus ἀπὸ τοῦ χορίου, 2, 1. Columbæ a columinibus villæ, 3, 7. Cuniculus, quod cuniculos facit, 3, 12. Delici porci depulſi a mamma, 2, 4. Farrago, quod ferro cæſa, vel a farracia ſegete, 1, 31. Flagellum qu. flabellum, 1, 31. Gluma a glubendo 1, 48. Granum a gerendo, 1, 48. Hordicalia ab horda, 2, 5. Italia ἀπὸ τῶν ἰταλῶν, *a vitulis*, 2, 5. Legumina, quod leguntur, 1, 23 & 32. Lepus ab Æol. λέπορις, 3, 12. Lirare quid? 1, 29. Lora, quod lota acina, 1, 54. Melicæ gallinæ, *pro* Medicæ, 3, 9. Meſſis a metendo, 1, 50. *ſed p. p.* a medio. Nefrendes, quod nondum fabam frendere poſſunt, 2, 4. Novalis quis ager? 1, 29. Occare, quaſi occæcare ſemen, 1, 31. Ocinum ab ὠκέως 1, 31. Offringere quid? 1, 92. Oves, aves, 3, 2. Palea, quia diſcedit palam, 1, 50. Palma, qu. parilema 1, 31. e Pecuaria re appellationes multæ, 2, 1. etiam hominum, 2, 1. Porca, quod ea ſeges frumentum porricit, 1, 29. Porcus, 2, 4. Proſcindere quid? 1, 29. Sacres porci, 2, 1 & 4. Seges, quod aratum ſatum eſt, 1, 29. Serpullum, quod ſerpit 1, 35. Sicilire a ſecando, 1, 49. Speca ruſtici pro ſpica a ſpe, 1, 48. Stolonis cognomen, 1, 2. Stramentum a ſtando vel a ſtratu, 1, 50. Subrumis a ruma, 2, 1 & 11. Sucida lana a ſudore, 2, 11. Sulcus quis? 1, 29. Terra quotupliciter dicatur, 1, 9. Thebarum nomen a teba, gleba, 3, 1. Turdi nomine mares, revera feminæ quoque, 3, 5. *Grammatici ἐπίκοινα.* Vellera, velumina a vellendo, 2, 11. Vicia a vinciendo, 1, 31. Villæ a vehendo, 1, 24. *Huc pertinet, quod etiam collocutores in dialogis ſuis eos finxit Varro, quorum nomina cognationem habent cum rebus, de quibus agitur.* Fundanius, Agraſius, Agrius, *de* fundis *&* agris *diſpu-*

tant; de porcis *Tremellius* Scrofa; *Licinius* Stolo *de* arboribus: Vaccius *sibi de* bubus loquendi *partes vindicat* 2, 4. *de* Apibus, *Appius*, 3, 16. *Cornelius* Merula, *Fircellius* Pavo, *Minucius* Pica, *M. Petronius* Passer, *loquuntur de* avibus.

Evadit apis vestibulum, Col. 9, 12. evadere limen, Col. 7, 9.

Evagari se celsius patitur vitium lætitia, Col. 4, 19. *Videtur legendum Mediceæ chartæ indicio* evocari. *Lectio* evagari *fecit, ut* se *omitterent editiones vetustæ, quo facto dissimulatum ulcus non est sanatum.* Evocari *verbum elegans, & Columellæ in tali re alias quoque usurpatum, Index h. v. ostendit.*

Evanesco. evanuit pruina, Varr. 2, 4.

Evanidæ oleæ, Col. Arb. 17.

Evannere foras, Varr. 1, 52. *ventilare, vel movere; a vanno, in quo legumina ventilantur. Nonius.*

Evehere, Cat. 5.

Evenit serius, *h. e. exit e terra*, Col. 4, 32. evenit mihi feliciter *insitio*, Pall. 11, 12.

Eventus rei, Col. 11, 1. * Bonus Eventus, *numen rusticum*, Varr. 1, 1. *vid.* Bonus.

Everrere stabula, Col. 7, 4. everruntur officinis, Col. 8, 17.

Eversis omnibus, *de vulnere purgando*, Veg. 2, 30.

Evertitur lupinum (*aratro*) Pall. 9, 2.

Eugeneum geminum, *genus vitium*, Cat. 6. Varr. 1, 25. Col. 3, 2. *quasi tu εὐγενὲς dicas, s.* generosum, *ut inter nostrates uvas sunt gut edel. Schœttg.*

Evincere campas, Pall. 1, 35. morbum, Col. 6, 5. discrimen, Veg. 1, 11. 3, 2.

Evirat sanguis enormiter ablatus, Veg. 1, 36 & 38. *Similiter Cœlius Tard. 1, 5, 178:* Corpore evirato animæ quoque substantia turbatur. *Præcessit de usu Veneris. Credo non a* viro *derivari, sed a* viribus.

Eviscus *pro* ibisco *s.* hibisco *videtur poni*, Veg. 3, 64. *pro* visco, Veg. 4, 14 & 28.

Evius, *Bacchus*, Col. 10, 424. Evie Evie Pæan, Col. 10, 224.

Eumæus subulcus Homericus, Varr. 2, 4.

Eumetria equi, Veg. 4, 2. *justa proportio & magnitudo.*

Eunuchos raro vexat podagra, Veg. 2, 53.

Evocat tepor ea, quæ seruntur, Pall. 1, 6. evocare succum, Col. 5, 5. per siphonem, Col. 9, 14. evocatur in

latitudinem salix, Col. 4, 31. patitur se celsius evocari lætitia vitium, Col. 4, 19. *vid.* Evagari. *Ita Plin.* 17, 35: Vitis evocata ad fructum.

Evolutum furfure panicum, Col. 2, 9. *proprie & cum respectu ad* volvulas, *vel* valvulas, *ubi vid.* * evolutis universis auctoribus, Veg. 3, 61.

Evomit herbas solum stagni, Col. 8, 15.

Europam Phœnice exportavit amans Juppiter, Varr. 2, 5.

Eurinus ventus, Col. 11, 2.

Euronotus, Col. 11, 2.

Eurus, Vulturnus, Col. 5, 5. 11, 2.

Ex aceto coquere, Col. 12, 46. ex ossibus jus, Varr. 2, 9. ex furfure calidus saccellus, Veg. 3, 28. * ex fraxino frondes, Col. 7, 3. ex leguminibus paleæ, Col. 7, 3. * ex albo decoloratur, Col. 12, 47. ex aureolo varias, Col. 9, 3. ex rutilo albicantes, ex auro flavæ, Col. 8, 2. ex longo rotundum corpus, Col. 6, 29. * ex a. d. VII Id. Febr. *&c.* Varr. 1, 28. ex Kal. Mart. Col. 4, 5. * ex concitato mitissimus, Col. 6, 29. * ex commodo, Col. 12, 19. ex facili, Col. 4, 33. ex canna agitabis, *pro ablat. instrumenti*, Pall. 11, 17. * ex *omittitur in illo*, plenos sinus urbe reportet, Col. 10, 310.

Exacescere & exacuisse, Col. 12, 17.

Exactio operis, Col. 11, 1.

Exactor operis, Col. 11, 1. vigilans, Col. 3, 13.

Exactum & reliquum *oppon.* Cat. 2. * exactis messibus, Col. 12, 10. * mercibus, Col. 10, 317. Exigere merces, *est extrudere, ut in illo Horatii Ep.* 2, 2. 11: — Plenius æquo Laudat venales, qui vult extrudere merces.

Exacuere ridicas, Col. 11, 2. metas in angustissimos vertices, Col. 2, 19. * exacuit morbos, Col. 10, 392.

Exaggerandum stramentis aviarium, Col. 8, 11.

Exagitare fæcem, Col. 12, 19.

Exaltare sulcum, Col. 3, 13. in tres pedes, *ibid.* orbem ablaqueationis, Col. 4, 4.

Examina silvestria (apum) Col. 9, 8.

Examinato modo, Col. 3, 12. *h. e. suis quasi ponderibus librato ac diviso.*

Examinant alvi, Col. 9, 14. *h. e. examina exigunt, sie schwærmen;* examen, *ein Schwarm.*

Exanio, *vid.* exsanio.

Exarmatus aries, Col. 7, 3.

Exarare de integro locum frumenti causa, Col. 2, 18. exarari ager incipiat, Pall. 9, 1. exarari & effodi non desiderant mala, Pall. 3, 25. *h. e. terram, in qua stant, aratro vel bipalio moveri.*

Exasperatio faucium, Veg. 3, 62.

Excæcare, Col. 11, 3.

Excandefacere annonam, Varr. 3, 2. *ut* incendere, *ibid.*

Excande me fecerunt cupiditate, Varr. 3, 4.

Excandescere ad tactum, *de pusula*, Col. 7, 5. * *de liquido*, Cat. 95. * in exteros, *de cane*, Col. 7, 12.

Excedit bos modum compulsoris, Pall. 7, 2. * formicæ non excedent imas vites, Col. Arb. 14. *Quid si scripsit Columella*, non escendent?

Excernuntur flatu frumenta, Col. 2, 21.

Excipere, *h. e. nominatim cavere*, Varr. 2, 2, 3, 9 & 10.

Excisio plagæ, Pall. 3, 30. *pro* plaga excisa.

Excitat terebra lanuginem, Col. 4, 29. excitantur altiores pulvinuli, Col. Arb. 10. pascua in novalibus, Pall. 12, 13. incilia, Col. 5, 9.

Excludere extra limbum, Varr. 2, 3. ad excludendum apta ova, Col. 8, 5. *vid.* Excudo.

Exclusi pulli, Col. 8, 5 & 14.

Excodicare vites quid? Pall. 2, 1. *Isidor. Orig. 17, 5*: Oblaqueare est circa codicem terram aperire, & velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant. *Schættg.*

Excolatur ager exstirpatis arboribus, Pall. 6, 3. *ita* silvas excoli *præcipit* Varro 1, 27. *Præsidium hinc petere poterat Gruterus, cum Cic. Tusc. 5, 2 pro vulgato* expultrix *dubitat an non præferenda sit lectio altera* excultrix. *vid.* Exsero. * excoluntur spatia per semina, Col. 3, 5.

Excoquere dimidium, Cat. 107. *h. e. coquendo absumere.* ad dimidium, Col. 12, 19. * excoquit terram frigus, Col. 11, 3. *vid.* Fermentare.

Excrementa frugum, Pall. 3, 26. *vid.* Cretura. tritici, Col. 8, 5. uvæ, quæ Græci γίγαρτα vocant, Pall. 12, 20.

Excreti a farina furfures, Col. 8, 4. excreta tritici dantur gallinis, Col. 8, 4 & 8.

Excubitor vigilans, Col. 7, 12.

Excubo. excubandis ovis minus utiles gallinæ novellæ, Col. 8, 5. *Rectius* excludendis *ult. ed. vel* incubandis. *Sylb. Sed* excubant *eod. intellectu mox sequitur eod. cap. &* excubandis *in primis editt. legitur* Col. 8, 14 *pro* excudendis.

Excutit mihi, ut componerem cultus hortorum, Col. 11, 1. *pro* extudit. * excudere ova, Varr. 3, 9. pullis formandis excudendisque, Col. 8, 14. *comparat Græcum ἐκκολάπτειν Sylb. vid.* Excusus. * excudi debet canalis a summo trunco, Pall. 2, 15.

Excultæ oleæ, Col. 5, 9. exculta semina, Col. 11, 3.

ut Excurrat humor, Pall. 12, 15. * excurrimus, *exsecuti sumus, vulg. legitur* Pall. 9, 7. *Sed nos adoptavimus* occurrimus, *magna consensione optimorum librorum comprobatum.*

Excusatæ matres ab incubatione, Pall. 1, 28. *de pavonibus.*

Excusent se invicem a calore, Pall. 12, 7. *pro* defendant. *Sic* excusant ne poma caduca nascantur, *ibid.*

Excusus. excusis anserculis, Col. 8, 14. excusos pullos, Varr. 3, 6 & 9.

Excutit gradus ambulantium tremorem fabricæ, Pall. 1, 9. excutiunt se jumenta post volutationem, Veg. 3, 42.

Exedra conclusæ aves, Varr. 3, 5.

sine Exemplo nec docetur recte, nec discitur, Col. 11, 1.

Exemtiles perticæ, Col. 8, 11.

Exemtio favorum, Col. 9, 14. exemtionem difficilem præbet, Col. 3, 19.

Exemto anno, *i. e. exacto*, Pall. 3, 17. quarto mense, Pall. 3, 26. tempore, Pall. 3, 33. exemtis XL diebus, Pall. 11, 14 & 15. tribus diebus, Pall. 12, 20.

Exeo. exit e terra primum hordeum, Varr. 1, 45. vix ulla herba, Col. 2, 12. *conf.* Pall. 3, 4. exire nituntur oculi sarmentorum, Pall. 3, 32. exit melior arvis napus, Col. 2, 10. lupinus non exit solo limoso, *ibid.* exeat & grandescat lens sata, Pall. 3, 4. * exeunte mense, Pall. 3, 25. *i. e. finiente.* * unde optimi exeunt asini, Varr. 2, 6. *h. e. gignuntur.* * non exeunt novenæ partes ultra *&c.* Varr. 2, 1. *h. e. transferri, applicari non possunt.* * uti inde (*de prædio*) exiri possit, Cat. 1. *Locus relictus fere a viris doctis, cum tamen interpretatione, si quis alius egeat. Dicam quid putem, libenter auditurus meliora monentes. Respicere igitur videtur vir sapiens ad fabulam, quæ etiam apud Phædrum est 4, 8 de capro, qui* non circumspexerat, uti exire posset *e puteo, in quem a vulpecula invitatus, descenderat, quæ illum deinde* clauso reliquit hærentem vado. *Et multi majora copiis suis prædia emunt, ac iis se implicant negotiis, quorum facilius est initium, quam finem invenire. Cælius ad Cic. 8, 6 extr.* ne te eo demittas, unde exitum vides nullum esse. *Plane proba-*

rem hanc interpretationem, si eà, quæ præcedunt, & quæ proxime sequuntur, satis responderent. Quod tamen in Catonis hoc libello omnino esse necessarium, nemo, credo, qui totum legerit, dixerit. Possis tamen etiam referre ad salubritatem, ne sit pro agro sepulcrum, & domus illa, unde negant redire quemquam. *Et ita conveniret cum his, quæ sequuntur. Vid. & quæ observamus ad Thesaur. Fabrianum.*

Exerceo. cursu & opere, Col. 6, 27. agrum multis arationibus, Pall. 2, 13. fiduciam contumacem, Pall. 4, 11. imperia in tauros, Col. 6, 23. exercetur labor, Col. 9, 15. exercentur machinæ, Col. 12, 50. * exercet mares ineundi cupiditas, Col. 8, 11.

Exesa salibus chalcis, Col. 8, 17. vermiculis oliva, Col. 12, 50. vinea, Pall. 3, 16. exesæ fruges, Col. 1, 6.

Exgruminantes cochleæ, Varr. 3, 14. *explicat Peyer. de rumin. Lichtenh. Puto blandissimum esse, si legamus* ex se ruminantes, *dicamusque*, s & e *in unam* g *coaluisse.*

Exhalationes noxiæ, Pall. 1, 7.

Exhalata pruina, Varr. 2, 2.

ne Exhalet odor, Veg. 3, 69.

Exhaustum animal, Veg. 3, 1. *h. e. macilentum.*

Exherbatur planta novella, Col. 4, 31. exherbandus erit locus, Col. 11, 3.

Exhercen, Veg. 2, 47. *leg.* exherxin, ἔξειρξιν, *exclusionem, ab ἐξείργω excludo.*

Exhibeat domino fidem ac benevolentiam, Col. 11, 1. exhibere natis generositatem suam, Col. 6, 36. exhiberi hæc diligentia non potest, nisi per patrem familias, Col. 3, 20.

Exhilaratur jumentum, *h. e. recreatur*, Veg. 3, 39.

Exhorreat æstus siccos, Col. 10, 154.

Exhortantur semetipsos, Col. 11, 1.

Exigere pastum, Varr. 2, 4. * exigit materiam furunculus, Col. 2, 24. vitis, Col. 5, 6. uvas complures vitis, Col. 3, 6. duplices, Col. 3, 2. * exigendum opus, Col. 3, 13. *Sic* exactor operis, *ibid.* * sagittam dari calibis (*fort.* duri chalybis) exiges, Veg. 1, 22. *h. e. adiges in venam. vid.* Exact.

Exigue prona planities, Col. 2, 2.

Exiguitas acinorum, Col. 3, 2. cibi, Col. 7, 5. culta fœcundior, quam magnitudo neglecta, Pall. 1, 6.

Exiguum aceti, Col. 12, 47. laseris, Col. 5, 10. laser, Col. Arb. 23. *i. e. laseris. Sic* pulvis exiguus *ap. Horat.* I.

Od. 28, & parvum lac *ap. Sedulium.* exiguius, Col. Arb. 28.

Exilis ager, Col. 1, 4. materia, Col. 10, Præf.

Eximie optimum, Col. 8, 17. *Ita forte* eximie larga, *ibid. extr.*

Eximitur fcobes, Col. 4, 29.

Exinanire marfupium, Varr. 3, 17.

Exinanitæ alvi apum, Varr. 3, 16.

Exinde ut pabuli facultas eft, *h. e. proinde ac*, Varr. 1, 20. *Eodem fere modo hac voce ufus eft c. 24.*

Exitii genus curculio, Col. 1, 6.

Exitus naturales, Col. 6, 30. exitum non habet alvus, Col. 8, 5.

Exolefcit gratia pafcui ufu continuo, Col. 7, 3. exoleverunt longo fitu vineta, Col. 3, 11. exolefcere negligentia, Col. 2, 18.

Exordiri funem, Cat. 135.

Exordium de monte fumant aquæ, Pall. 9, 8. * exordium fequentis libri, Col. 4, 2. *ubi forte pro acceffu ad ipfum argumentum poffis accipere. Ita 7, 12, poteft utcunque retinere confuetum fignificatum: refertur enim ad 6, 1. Sed alioquin * Columellæ* exordium *non eft proœmium libri vel initium, fed totus liber, aut argumentum certe majus & caput dicendorum. Ita verba*, quæ priore tradidimus exordio 4, 4 *refpiciunt aperte partem parum a fine diftantem.* Dicturus exordio fequente, quæ de vineis arbuftifque 2, 21 *ad totum librum pertinet. Ita* quamquam pars hæc exordii pæne tota jam exhaufta fit, 7, 5. Quæ fuperiore exordio percenfuimus, 7, 5. *Ita* fequenti exordio 8, 17 *de totius libri argumento:* & ne longiore exordio legentes fatigemus, *h. e. producamus librum per fe fatis longum* 5, 12. & Arb. 27. *Apertiffime*, prioribus fubnecteretur exordiis 10, Præf. & prima parte hujus exordii 11, 3 *extr. atque in fine adeo libri.*

Exorica purgabis caput equi, Veg, 2, 6. *quid fi* conyza?

Exoriente Arcturo, Col. 2, 10. * ab exoriente, Col. Arb. 3. ad exorientem verfus, Varr. 3, 9.

Exortus æquinoctialis, Varr. 1, 12. exortus hiberni, Varr. 2, 3.

Exoffare carnem fuis, Col. 12, 53.

Expandunt in fole, Col. 12, 15.

Expartæ, Varr. 2, 5. *effœtæ. Veteres gloffæ:* Exparta, partu vacua. *Quin &* parta, ἡ τοκάς. *Col. 7, 4*: Et parta nutrici confociata minus laboret in educatione fœtus fui. *Scalig.*

Expausatum jumentum, Veg. 1, 38. *ausgeruhet.*
Expedire agrum sationibus faciendis, Col. 2, 2. annonam musti, Col. 3, 21. cibaria pastoribus, Varr. 2, 10. far ad cibatum, Varr. 1, 69. ad usum cibatus, Varr. 1, 63. laqueos ad aves capiendas, Pall. 13, 6.
Expedita discentibus, Col. 11, 1.
Expellito uvas, Cat. 33. *h. e. soli exponito.*
Expendere uber soli feracis in degeneres surculos, Pall. 1, 7.
Experientia exercenda, Varr. 1, 18. rerum varia, Col. 10, 338.
Experimentum muriæ maturæ, Col. 12, 6. de experimento medicina est, Veg. 3, 3. experimentorum nusquam varietas omittenda, Col. 1, 4.
Experrectus vigor, Col. 1, Præf. experrectiores sunt apes, Col. 9, 7.
Expers frumenti natio, Col. 7, 2.
Experta terris tuis surculorum genera, Pall. 1, 6.
Expinsi far, Cat. 2.
Explantat pampinos vinitor, Col. 11, 2. arbusculam, Col. 5, 9. explantatur vento pampinus, Col. 4, 14 & 29. explantare suffraginem, Col. 4, 24 & 27.
Explicata valle, Pall. 9, 11.
Explorare gustu, Col. 2, 2. 11, 2. si regula exploraveris æquale, Pall. 1, 9. me explorante, *ita ad experientiam suam provocat* Pall. 8, 3.
Expolita frumenta, Col. 2, 21.
Exponitur planta seu semen, Pall. 3, 25. *ponitur.*
Expopulatio fructuum, Col. 3, 2.
Expostulavit usus, Col. 12, 2.
Expressi anguli, Col. 4, 4. *sunt recti, oppositi* curvaturis oblique rotundis, *quales in alveis.*
Exprimit materiam curvatura in vite, Col. 4, 20. *h. e. in loco, ubi curvata est vitis, germen facilius exit. vid.* Flexura, *& add.* 4, 15 *&* 24.
Expromisit nummos, Varr. 2, 2. Expromittere *est pro se, vel pro alio solemnibus quibusdam interpositis valide promittere. Cum de eo nemo ambigat, quin pro alio promittere significet, ille alter autem intellectus, ubi pro nobis* expromittere *dicimur, fere negligatur, juvat illum non ex hoc tantum Varronis loco, verum etiam legum auctoritate confirmare. Igitur l.* 19 § 4 *de donatt.* (39, 5.) Servus, cui pecunia credita fuerat, *(quod*

L 3

quidem per leges fieri non poterat, cum nihil suum habeat servus) liber factus eam expromittit. (*ut adeo nunc demum jure Romano valide exigi ab eo possit*) Non erit donatio, sed debiti (*jure naturali, non civili Romano*) solutio. *Ita l. 110 de R. I.* Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur. *Generatim sponsorem aut promissorem notat l. 104 § 1 de legat. & fideicom. (30, 1.)* Tabellas, quibus ei pecuniam expromiseram. *Apertus inprimis est l. 36 de jure dotium (23, 3) Ulpiani sermo*, Debitor mulieris jussu ejus, pecuniam viro expromisit. *Et denique l. 7 § 8 de dolo malo (4, 3)* expromissor *intelligitur simpliciter, qui plene promisit pro se, vel alio.* Nimirum *ex complementi & perfectionis significationem habet, ut in* exædifico, exaggero, exhilaro, exquiro, expio, expleo, expolio, exporrigo.

Exputatos palos acuere, Col. 11, 2.

Exputare plantas, Col. 11, 2. vitem, Col. 3, 15. pampinum, Col. 5, 6. salices, Col. 4, 30.

Exradicata ut sint, Varr. 1, 27.

Exsaniare, *humore tetro vel crudo, quæ quasi quædam sanies est, liberare, e. g.* baccam pressam, Col. 12, 47. cum exsaniaveris sinapi, Col. 12, 55, exsanietur caro salita, Col. 12, 53. * exsaniet aqua nitrata amaritudinem, Col. 12, 55. *Guilandinum de papyro c. 16 p. 327 laudat Schœttg. Beroaldus comparat cum Apulejano* examurcare. *Met. 4 p. 73 ed. Pric. de pelle ursina*, dum cœlestis vaporis flammis examurcatur.

Exsecare ferra, Col. 5, 11. unde exsecaveris, Cat. 42.

Exsequantur ordines suos frutices sub maceriis, Pall. 1, 37.

Exserito radicem, *h. e. evellito*, Col. 12, 56.

Exsiccati cum fuerint, Veg. 3, 4.

Exsistere *parum ab* esse *differt:* inutilia exsistunt, Varr. 2, 7. exsistunt steriles, Col. 7, 6. * *emergere:* quæ XL die vix exsistant, Varr. 1, 34. *Sic Cic. de divin. 2, 23:* Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, exstitisse repente. *Victor.*

Exsolvit corpus uvarum vis contusionis, Pall. 11, 19.

Exspectare caritatem, Cat. 3.

Exstantia. sine ulla exstantia, *h. e. ulla re, quæ emineat, vel exstet*, Col. 5, 5.

Exstat fertilior ager, Col. 5, 9.

Exstimulatæ libidinis signa, Col. 8, 11.

Exstimulari libidinis furiis, Col. 6, 27.

Exſtinguit ſtilla gemmam, Pall. 1, 6. exſtingui veterno, Col. 7, 5.

Exſtirpatæ frigoribus ſoboles, Col. Arb. 5.

Exſtirpatur ager ſilveſtris, Col. 11, 2. *ſtirpibus liberatur.* virgultis ager, Pall. 8, 1.

Exſucto ſudore ſitim quærimus, Col. 1, Præf. exſuctiores reſtibiles ſegetes, Varr. 2, 7.

Exſudat caſeus acidum liquorem, Col. 7, 8. exſudavit amurcam omnem, Col. 12, 48. exſudant dolia muſto, *quidam legunt pro* exundant, Col. 10, 432. *ſed male. vid.* Exundant. ut virus exſudet, *an* exſudent? Veg. 3, 49. languor (*an* languorem?) exſudet, Veg. 3, 47.

Exſugeto ſuccum in linteum, Cat. 156. *h. e. per linteum exprimito. Turn. 10, 19 monet non deeſſe, qui legant* exurgeto, *quod ſane commodius, nec inuſitatum Catoni.* exſugere ſegetem, Cat. 37. arena, quæ exſugat humorem, Varr. 2, 4. exſugitur vitis ab uno latere, Col. 4, 24.

Exſultatio puerilis, Col. 7, 3. *Sic* Hannibalem juveniliter exſultantem *dixit Cicero de Seneƈt. 4. Plautus* vitulari *Perſa 3, 2, 2. Schœttg.*

Extalis reverſatur, Veg. 3, 11. *h. e. longanon, extremum inteſtini reƈti. Eſt in vulgato interpr. 1 Reg. 5, 9, de Philiſtæis. Reſtituimus eam vocem etiam 3, 6, pro* ſtalis. *Auƈtoritates aliæ apud Dufreſnium. In Gloſſ. Philox. & aliorum etiam eſt* ſtalis ἀρχὸς, *quod corr.* extalis, *ut etiam in lit.* E *editum eſt.*

Extenſiones in iſchuria, Veg. 3, 15.

Extenta vitis, Col. 4, 20.

Extenuare fructum ſumtu, Varr. 1, 22. extenuatur ſcabies, Col. 6, 13.

Exter. exteris gentibus, Col. 9, 9.

Exterminare angentem herbam, Col. 10, 149. 11, 3.

Externarum gentium agricolæ, Col. 5, 4.

Extero e ſpicis grana, Varr. 1, 52. Col. 2, 9. exteruntur pecudibus ſpicæ, Col. 2, 21. *cf. Plin. 18, 72.*

Extollere onera in jumenta, Varr. 2, 10. * in majus voces, Pall. 7, 7.* pampinum, Col. 5, 6. *h. e. auferre, e medio tollere. Sed MS. Gœſ.* ex toto tolli.

Extorqueo. ſi quis extorquet, Pall. 4, 10. *h. e. præter naturam rerum vult efficere.*

Extortus violenter ſaltus, Veg. 1, 17. * extorta, *h. e. luxata*, Veg. 1, 28.

Extracta puteis pocula, Col. 7, 10.

Extrahitur humor, Col. 1, 6.

Extranea exercitatio, *f. extra urbem*, Col. 12, Præf.

Extraordinariæ species, Varr. 2, 1. extraordinarius pecudum fructus, Varr. 2, 11.

Extricatur ager, Col. 3, 11.

Extrinsecus, *i. e. loco non suo*, Col. 1, 6.

Extrita litera, Varr. 2, 1.

Extuberat frequens nodus, *eminet*, Pall. 4, 10. *Al.* exuberat.

Extumida in medio area, Varr. 1, 51.

Exuberat annus nimiis floribus, Pall. 4, 15. terra, Col. 1, Præf. vitis, Col. 3, 6. exuberant majore fructu, Col. 5, 7. exuberare cultu, Col. 2, 1. * exuberant herbæ favorum ceras, Col. 9, 4. *transitive, uberes reddunt. Ita etiam apud Tertullianum sumi, ostendit Salmas. ad Pall. p. 169.*

Exulcerantur vulvæ ferro, Col. 7, 9. *Conf. Plin. H. N.* 8, 51. * exulceranda vitis, Col. 4, 24.

Exundo, Col. 9, 9. exundent dolia musto, Col. 10, 432. *Al.* exsudent, *vel* exudent. *sed* exundare *multo plenius est & uberius, quam* exsudare, *vel* exudare. *Lucan. 9, 798:* Spumeus accenso non sic exundat aheno Undarum cumulus: *ut scilicet* undans ahenum *est ipsius Virgilii Æn. 7, 463. Val. Flacc. 4, 595:* Acheron vasto exundat hiatu. *Silio etiam amatum verbum docet Heins. ad 2, 631.* Exudent & exundent *similiter confundunt librarii apud Calpurn. 4, 104. ubi posterius etiam tuetur unus omnium optimus arbiter Burmannus, quod ubertatem & copiam notari apparet.*

si Exungulaverit jumentum, Veg. 2, 57.

Exuo. exuitur flore vitis, Col. 3, 2.

Exurit semina eruca, Col. 10, 334. exurere ferri massas, ita ut ignis speciem habeant, Col. 12, 5.

F.

Fabæ satio, Cat. 35. Varr. 1, 44. Col. 2, 10. Pall. 12, 1. faba trimestris, Col. 2, 10. Marsica, Col. 2, 9. faba sarrienda sit, necne? Col. 2, 12. bis sarculanda, Pall. 2, 9. quomodo vellenda, Pall. 7, 3. fabæ corium, Veg. 2, 57. coctæ liquor, Col. 7, 12. collectio, Col. 2, 10. Fabam *veterum f. κύαμον non esse eam, quæ hodie faba dicitur, sed legumen fructus rotundi, & multo* Bonis *omnibus nostris minoris, copiose ostendit Dodonæus, 4, 2, 1 p. 514. Eas autem,*

quas nos vocamus fabas *f.* Bonas, *majores quidem*, *& cauli suo quadrato insistentes*, Phaselum majorem *appellat: minores ad adminicula repere solitas* Dolichos *f.* Phaseolos. *Denique cum* fabæ *antiquæ*, τοῦ κυάμου, *notis*, *quæ a Theophrasto aliisque proditæ sunt*, *convenire inter hodie nota legumina nullum magis putat* silvestri, *quam ipse vocat*, Bona *f.* nigra, *cujus pictura & descriptio refert legumen*, *quod ipse me memini Vinariæ in hortulo domui adjuncto colere. Vocabant*, *qui mihi tradiderant*, Spargelwicken, *al.* Spargelerbsen: *& habebat saporem subamarum*, *asparagis non dissimilem. Tanto magis Dodonæi sententia acquiescimus*, *quod nihil postea monuerunt Nonnius de re cib. 1, 5; Salmasius*, *qui plane*, *credo*, *hic Pythagoræus est*, *licet multa de* faba Ægyptia *disputet; Harduinus ad Plinium 18*, *30*, *ubi*, Quæ faba, *inquit*, veterum fuerit, haud ita proclive est statuere *&c.* * *Mensuræ nomen est*: ad fabæ magnitudinem, Veg. 3, 12. quantum fabæ patitur magnitudo, Veg. 3, 67. *Sæpissime ita Scribonius*, *indicante Rhodio. Add. Salm. ad Solin. p. 688 sq.*

Fabaceus mucus, Veg. 2, 36. fabacea messis, Pall. 12, 1.

Fabaginum acus, Cat. 54.

Fabalia, Cat. 37. fabarum culmos *Columella dicit; Varro de lingua Latina* alas fabales. *Popma.* matura, Col. 2, 10. *cf. Plin. 18*, *12.* pro stercore inarantur, Varr. 1, 23.

Faber piscis maris Atlantici, Col. 8, 16. *De eo vid. Plin. 9*, *32. & ibi Harduin. Sed non solius Atlantici maris incolam esse*, *docet Hippolytus Salvian. de Hist. aquatilium p. 205. vid. & nos ad Quinctil. 5*, *10*, *21.*

Fabrica agrestis, Pall. 1, 12. fabricæ planæ, Pall. 1, 9. totus fabricæ tractus, Pall. 1, 8. fabricæ villaticæ sedem parare, Pall. 1, 7. ad fabricam cædenda materies, Pall. 2, 22. 12, 15. *Nimirum* fabrica *generale vocabulum ædificiorum omne genus comprehendit.*

Fabricatis in hunc usum vasis, Col. 8, 3.

C. Fabricius, Col. 1, Præf.

Fabrico. jugum, Col. 6, 2. navigia, Col. 4, 3. fabricentur alvei, Pall. 1, 38. canales, Col. 7, 10.

Fabrilis libella, Col. 3, 13.

Fabulos albos III, Cat. 70.

Facio. facientes adjuvant Dii, Varr. 1, 1. *Vulgo*, *& recte quidem*, *si per se spectetur hoc adagium*, *interpretantur Erasmum secuti de eo*, *manus etiam esse admovendas precantibus. Et hanc sententiam etiam Varroni obversatam dicerem*, *si post invoca-*

tionem eam posuisset, & *ita opus ipsum esset aggressus. Nunc ante invocationem cum ponit, Varro forte hoc vult:* Dii adjuvant *sacra illis* facientes. * facito infervere, Col. 12, 38. facies defervere succum, Pall. 10, 16. facient te pervenire ad. — Pall. 5, 8. quæ res eos faciet scissuris aperiri, Pall. 6, 12. * facito surculos sint longi, Cat. 41. partem digitos sex altam facito siet, Cat. 18. reliquas canes facit ut sint in tuto, Varr. 2, 9. vitem, quam ponis, fac ut ad orientem spectet, Col. Arb. 4. *add.* Cat. 8: hæc facito uti ferantur. *ubi vid. Gesner. Add. Cort. ad Sall. Jug.* 14, 11. *Ita. Gell.* 14, 2: Ut & illud, in quo hærebam, & cetera faceret me ut earum rerum essem prudentior. * Librum ad librum vorsum facito, Cat. 40. *per ellipsin* ut sit. *Ita* certam diem facito, Cat. 149. facere pinguem gallinam, Col. 8, 7. faciundum alacriores præmiis, Varr. 1, 17. * faciet vino, quid volet, Cat. 147 & 148. * facito porco piaculo, Cat. 139. facere catulo, Col. 2, 22. *vid.* Fio. * *Ex se producere, ejicere, eniti.* Facit asinus sobolem, Col. 6, 37. faciunt volucres pullos, Varr. 3, 5, 9 & 10. stercora homines, Col. 2, 15. 11, 3. stercus, quod facit asinus, Col. 12, 15. facit urinam, Veg. 1, 51. facit grana malum, Col. 7, 5. frutices inula, Col. 11, 3. faciunt plantas cacumina ficulnea, Pall. 4, 10. fructum, quæ e terra nascuntur, Varr. 2, Præf. caulem spicæ, Col. 11, 3. vinum uvæ, Col. Arbor. 3. spinam facit asparagus, Col. 11, 3. stercus facit multam herbam, Varr. 1, 38. * *Producere admotis ad se causis, quas secundas vocant.* Qui facere vult bonum gregem asinorum, Varr. 2, 6. vinum, Col. 12, 40. frumentum, Varr. 1, 7. vitem, Cat. 52. oleam, Cat. 65. apium lati folii, Col. 11, 3. violam, Col. Arb. 30. * *Parare.* Faciundam oleam locare, Cat. 145. facere caseum, Col. 2, 22. * *De medicamentorum viribus.* Faciunt in hunc usum folia, Col. 4, 13. facit bene, Cat. 157. facit optime remedium, Col. 6, 15. *add.* 8, 17: facit ex pomis adaperta ficus. * Face *pro* fac, Cat. 23 & 26.

Facies ne deforment jumentum, Veg. 2, 11. *h. e. species. Pluralis est, ut in vulgato,* Quid facies, facies Veneris cum veneris ante *cet.* * facies terna, *h. e. genera tria diversa,* Varr. 1, 9. *conf.* Col. 10, 189. * faciem literæ Græcæ obtinet stella, Col. 3, 13.

Facile est, quod habeant, Varr. 2, 10. ex facili, *facile*, Col. 6, 1. 12, 44.

Facilitas cerasi, Pall. 11, 12.

Factores olei, Cat. 64 & 66. juranto, Cat. 145. doliorum cuparumque, Pall. 1, 6.

Factorii modus completus, Pall. 11, 10. *i. e. vasis, quod factum capit.*

Factus & factum. in singulos factus olei, Cat. 67. factum dicunt, quod uno tempore conficiunt. quem alii CLX ajunt esse modiorum &c. Varr. 1, 24. *Plinio 15, 6 sunt centeni modii.* Facti unius mensura, Col. 12, 50. cum expresserint facta, Col. 12, 50.

si Facultas sit alendis sarmentis, Col. 4, 29. ne vagandi facultas detur, Col. 8, 14. si facultas non est resecis, *i. e. copia*, Col. 4, 24. si facultas ejus sit copiosior, *i. e. si major ejus copia suppetat*, Col. 12, 38.* facultates aliquas acquirere, Col. 12, Præf.

Fæcariæ sportæ, Cat. 11. *Viro docto videntur fiscinæ, de quibus c. 153. Ceterum* fecarias *legunt A. G. II. nec deesse, qui* secarias *malint, e Lexico Fabriano didici.*

Fæcatum vinum, Cat. 153. *ex fæcibus expressum, quod inter secundaria vini genera recensetur a Plinio 14, 10. Schœttg.*

Fæciniæ vites, Col. 3, 2. *vid. Isidor. 17, 5. qui sua ex nostro hausit.*

Fæcinum vinum, Col. 12, 45. *Nescio an* fæcinum *alias occurrat: blanditur lectio Cod. Lips.* Setinum. *Sunt quidem 3, 2* fæciniæ *vites. Sed quid si etiam ibi vitium intercessit?*

Fæcula, *collyrium ingreditur* Veg. 4, 16. *& al. intelligo ustione paratam, de qua Diosc. 5, 132. Plura Rhod. Lex. Scrib.*

Fæculentum vinum ut limpidum reddatur, Pall. 11, 14. fæculentum mingit animal, Veg. 3, 4 b.

Fæles & mæles *scribitur* Varr. 3, 11 & 12. *vid.* Feles.

Fæx *vel* fex. fæcem reducere in summum, Col. 12, 19.

Faginea materia, Cat. 21. Col. 12, 45.

Fagus ad quæ utilis, Pall. 12, 15.

Falciculæ breves tribulatæ, Pall. 1, 43. *videntur* tribulaticæ *potius esse, ut* vineaticæ; *vel* tribulariæ, *ut* ruscariæ; *a tribulis* resecandis. *Nam quod in Fabriano thesauro exponebantur mallei pulsibus acutæ, gedengelt, illud nihil esse puto.*

Falculæ vineaticæ & ruscariæ, Cat. 11. vindemiatoriæ, Col. 12, 18.

Falere ornithonis, Varr. 3, 5. Falere *vocat id, quod magis proprie esset pila: χηλὴν vocat Thucydides, Virgilius* saxeam pilam. *Et verbum apud Lucretium oppilare* — — oppilare ostia

contra. *Sustinet autem falere totum peristylii onus, & stagno oppositum & oppilatum est. Itaque pilæ litoribus immolitæ a veteribus propterea* Faleria *dicuntur, quia antea* Haleria *dicerentur, παρὰ τὴν ἅλα. Argumento, quod* Falerii *populi ita dicti sint, quia apud eos sal fieret, prius* Halerii *dicti, auctor Festus. Nisi sit, quod omnia alta φάληρα vocabant Græci. Scalig. Erat falere moles lapidea in orbem ducta, & opposita stagno; cujus usum in piscinis ostendit Col. lib. 8, 17. Origo nominis a Græco φάλα, quod caput etiam significat, ut ab eodem φάλαρα, phaleræ. nam prominent in altum projectæ istæ moles, & quasi caput efferunt aquis. Popma.*

in Falerno perticæ pro jugis vinearum, Varr. 1, 8.

Falerno completa multo, Col. 10, 431. Falerna annosa, fructuosiora, Varr. 1, 65.

Faliscus ager, Varr. 3, 16. Faliscæ præsepes, Cat. 4 & 14. *nempe optimum, ubique pro nomine proprio accipere.*

Fallo. vide ne te fallat, *int. animus*, Varr. 2, 1.

Falx. falcem supponere, Col. 10, 328. falces sex generum, Varr. 1, 22. fœnariæ, stramentariæ, arborariæ, Cat. 10. vineaticæ, silvaticæ, Cat. 11. putatoriæ, messoriæ, fœnariæ, Pall. 1, 43. verriculatæ, rostratæ, denticulatæ, Col. 2, 21. lunatæ, Pall. 1, 43. vinitoriæ falcis figura, Col. 4, 25.

Fames, teterrima mortis comes, Col. 2, 11. famis impatientissimæ sues, Col. 7, 11.

ad Famices malagma, Veg. 4, 19. Garg. *extr. Restituendum etiam videtur Col. 6, 12. e MS. Polit. pro* saniem, *ut & Pontederæ placet ep. 60.*

Familia ut curanda, Cat. 51. Col. 11, 1. cibaria & vestimenta quæ requirat, Cat. 56 & 59. Col. 11, 1. familiæ numerus, Varr. 1, 18.

Familiaricæ sellæ, Varr. 1, 13. *οἱ ἀφεδρῶνες. Et* sellæ *simpliciter. Marcellus Empiricus:* Per vomitum & sellas. *Idem ponit* sedere *pro* niti. *Unde verbum* adsellare *creberrimum apud Veg. in Comment. de Re veterinaria. hoc est ἀφοδεύειν. Scalig.*

Familiaris lar, Cat. 2. *it.* 143. familiares bubulco fiant boves, Col. 6, 2. familiaria aquæ viridia, Col. 8, 15.

parum Familiariter nostro solo venit, Col. Arb. 1.

Famulatu miserrimo, Col. 1, Præf.

Far, *frumenti genus plures species complexum. Princeps adoreum, cujus & ipsius quatuor genera enumerat* Col. 2, 6. *Consideratis, quæ de illo Marsilius Cagnatus Var. Obs. 2, 23; (Tom. III Gruterianæ Lampadis) Remb. Dodonæus 4, 1, 10; Sal-*

maſ. in hyle jatr. & alii dederunt, confirmor in ea ſententia, quam propoſui ad Col. 2, 9, (*vid.* Adoreum) *quamque Turnebus etiam firmat ad* Cat. 2. *Illud non habeo dicere, an ita inter ſe conveniant appellationes Spelz*, ſpelta, *& Dünkel, ut plane pro eadem frumenti ſpecie, quod vult Dodonæus, haberi debeant.* Far promendum, Varr. 1, 63 & 69. far adoreum, Varr. 1, 9. Campanum præſtantiſſimum, Varr. 1, 2. venuculum, vernaculum, *forte* vermiculum, Col. 2, 6. 11, 2. * Factitium *etiam* far *eſt, a farina* aliquantum *diverſum, quod utrumque apparet ex Cat.* 143. *Ita* farre & ſapa incruſtatur olla *cibo cochlearum*, Varr. 3, 14. far hordei, Pall. 1, 28 & 29. hordeaceum, Col. 8, 11. triticeum, Col. 8, 5. *add.* Farriculum, *it.* Fiſtula farraria.

Farciminoſus morbus equorum, Veg. 1, 7 & 14. boum, Veg. 3, 2. affecti farcimino, Veg. 1, 7.

Farciri aves ut debeant, Cat. 89 & 90. Varr. 3, 9. Col. 8, 7. boves, Varr. 2, 5.

Farctus fici plenior ac melior, Col. 5, 10. *ſed* farctum ſpecioſius & plenius, Col. Arb. 21. Farctum *velut tomentum fructum interpretatur Barth.* 8, 4.

Farinarium cribrum, Cat. 76.

de Farno tabulata diutiſſime durant, Pall. 1, 9. Farnum *querneæ arboris ſpeciem eſſe teſtatur Philander ad Vitruvium, qui, ut & hoc moneamus, auctori noſtro prorſus contradicit. Verba Vitruvii ſunt:* Namque de cerro, aut fago, ſeu farno nullus ad vetuſtatem poteſt permanere: *& ſic quoque Epitome. Schœttg. Qualis arbor* farnus, *incertum. Veteres excuſi:* fraxino. *Ita Joannes Cuba, libro, qui* hortus ſanitatis *inſcribitur, ex Palladii Codicibus tranſcripſit. Ponted. Mihi videbatur* farni *vox orta ex correptione quadam librarii, qui* fraxinum *cum nollet integre ſcribere*, franum *poſuit, e quo deinde levi tranſpoſitione* farnus *ortus eſt. Vel, quod magis fere placet, labente ævo* franum *etiam dixere* fraxinum, *e quo Gallorum etiam* Freſne *ſ.* frêne *ortum eſt.*

Farracia ſeges, Varr. 1, 31.

Farraginaria &c. Col. 11, 2. *Locus corruptus & male commiſſus ſanabitur, ſi legas:* Farraginem quoque — futuram — viciam — conſerito. Farraginaria *neſcio an quiſquam dixerit.*

Farrago, Varr. 1, 31. Col. 2, 7. ſeritur, Col. 2, 11. Pall. 10, 8. hordeacea, Col. 2, 11. 11, 2. datur purgando equino pecori, Varr. 2, 7. *vid. Vlit. & Burm. ad Nemeſia. Cyneg.* 283. * ferragines *ſcribitur* Veg. 1, 56. *Sed leg.*

videtur farraginis, *h. e. frugum viridium miscendarum, quarum jubet proportionem propositam observari.*

Farrearia fistula, Cat. 10. pilum farrearium, *ibid.*

Farreus panis, Col. 7, 12.

Farriculum e novo tritico, Pall. 11, 21. *MS. Erf.* farreolum.

Farsura, *vid.* Assura.

Fartor, Col. 8, 7. *Vid. Pignor. de servis p. 559 sqq. Barth. 8, 4. Schoettg.*

Fartura avium, Col. 8, 7. farturæ destinatur turtur, Col. 8, 9. * fartura *vel* farctura *in jumentis leg.* Veg. 2, 59. *pro* tractura. *vid.* Tractura.

Fartus semine cucumis, Col. 10, 393.

Fascia corticis ne dissipetur, Pall. 3, 17. fasciis circumdantur pedes, Col. 6, 12.

Fasciculi leguminum, Col. 2, 10. fœniculi fustibus illigati, Col. 12, 19.

Fascio. fasciare fracturam, Veg. 2, 47.

Fascinatum animal, Veg. 3, 74.

Fasciolo superligabis, Veg. 2, 57.

Faselus *vel* Phaselus, φάσηλος. *Quid leguminis esse videatur, dictum est in* Faba. *Mei cives vocant Türkische, oder Sau Bohnen,* Bonas Turcicas, *vel* porcinas. *Ab his diversus* Faseolus *s.* phaseolus, *de quo statim. Nunc quædam loca, ubi* faseli *mentio est, indicabimus.* Col. 2, 10. Pall. 10, 12. 11, 1. Fasellus *scribitur* Col. 10, 377.

Faseolus, *vel* Phaseolus, ad escam feritur, Col. 11, 2. *Hæc est ea, quam vulgo* fabam *dicimus, legumen cum teneris siliquis coqui & edi solitum, tenero caule & ad longurios repente cet. vid.* Faba.

Fastidiosæ fiunt boves prægnantes, Varr. 2, 5.

Fastidium, *deliciæ gulæ*, Varr. 3, 9.

Fastigium habet fossa, ut exeat aqua, Varr. 1, 14. *h. e. declivitatem.* quo fastigio sit fundus, videndum, Varr. 1, 20. *h. e. quam altus vel declivis.* * fastigia tria, *h. e. summa genera*, Varr. 1, 6.

Fastus antiquorum astrologorum, Col. 9, 14. *In notis Servii annotavimus, Servium errasse, dum erroris arcessit Lucanum, qui scribit*, fastus esse quartæ declinationis, quando significat superbiam. Secundæ vero, quando significat librum, qui dierum habet computationem. Unde erravit (*inquit*) Lucanus dicendo: Nec meus Eudoxi vincetur fa-

ſtibus annus. *Namque indiſcriminatim dicimus* faſtos *&* faſtus, *in ſecundo & quarto ordine pro libris*, *quod & Priſcianus tradit*, *& magnorum ſcriptorum confirmat auctoritas*, *quæ pro ratione eſt. Beroald. Silius Italicus 2, 10:* Auſonios atavo ducebat conſule faſtus. *Orientius Commonit. 2 diſt. 56:* Finge, age, manſuri ſignent tua nomina faſtus, Atque tuo felix annus eat titulo. *Adde*, *quæ notarunt Andr. Wilkius ad Prudentii Apotheoſin v. 662 p. 530 ſq. Barthius ad Claudian. p. 968. Schœttg.*

Fatetur vetuſtatem ſemen ſinapi, Pall. 11, 11. fatentur maturitatem amygdala, Pall. 2, 15.

Fatigata vitis dapſili proventu, Col. 4, 27. fatigatus libidine aries, Col. 7, 3.

Fatigat ſævientem contumacia pervicax, Col. 6, 2. fatigantur ſemina multo ſoli preſſa pondere, Col. 4, 1.

Fatiſcit ſegetibus ſolum, Col. 2, 14.

Faventia *&* Faventinus ager, Varr. 1, 2. Col. 3, 3.

Favilla pro ſtercore, Col. 2, 15. *Hinc* favilla nigra ſatiare, Col. 10, 354.

Favoniana pira, Col. 5, 10.

Favonius eximius ad ventilandas fruges, Col. 2, 21. Favonii exortus, Varr. 1, 28. cum Favonii ſpirare cœperunt, Col. 8, 11.

Favorabiliter ſentire, Pall. Inſ. Præf.

Fauſtulus paſtor Romuli & Remi nutricius, Varr. 2, 1. *per ludum* Atticus *ita appellatur*, Varr. 2, 3.

Fautores competitorum, Varr. 3, 5.

Favus apum, Varr. 3, 16. venit in altaria, Varr. 3, 16. favi melliti, *ibid.* favorum exemtio, *ibid.* duo genera, ubi duo examina, Col. 9, 15.

Fax. facem libidinis auget voluptatis dilatio, Pall. 8, 4.

Febricitans pecus ut curetur, Col. 6, 9. 7, 5.

Febricoſi equi, Veg. 1, 38.

Februarii opera, Col. 11, 2.

Fecinum vinum, *vid.* Fæc.

Fecla, Veg. 3, 22. *eſt* fæcula. *Dodonæus*, *3, 3, 36 ex Ægineta* σφέκλην *dici ait fæcem uſtam*, *eandemque officinis* Tartarum uſtum & calcinatum *appellari. Vid. Rhodius Lex. Scribon. voc.* Fecula, *ubi de* φέκλη *Græcorum & hoc ipſo Vegetii loco.*

Feles & melis (fælis & mælis) Varr. 3, 11 & 12. *cum* viverra *jungitur* Col. 8, 15. *conſ.* Col. 8, 14. Feles *ani-*

mal est familiare ac domesticum, omnibus notum, vulgo catus *nominatur (ut opinor) à sollertia. Nam* catum *sapientem dicunt, & acutum, Græci* αἴλουρον *vocant. Plinius tradit*, felium oculos in tenebris fulgere. *Idem alibi sic refert:* Feles quidem quo silentio, quam lenibus vestigiis obrepunt avibus, quam occulto speculatu in musculos exsiliunt, excrementa sua effossa obruunt terra, intelligentes, odorem illum indicem sui esse. *Verum apud Columellam & Varronem* feles *accipi videntur pro* fovino: '*sic enim vulgus appellat bestiolam gallinis maxime infestam noxiamque, & sæpe* gallinaria *tota contrucidantem. Beroaldus.*'

Fel taurinum radicibus pirorum infusum contra vermes, Pall. 3, 25. 4, 10. felle bubulo maceranda semina contra mures, Pall. 1, 35. fel lacertæ viridis contra putredinem, Pall. 3, 25.

Felicula *sive* filicula, Cat. 158. Polypodium *est, cujus vim leniter purgantem, si cum aliis jungatur, in dubium vocatum aliunde confirmat Dodonæus 3, 5, 3 p. 465; usurus, si in mentem venisset, commodissime* Catonis *auctoritate. Vide de ea Plinium 26, 8. Add.* Filicula.

Femen. femina gallorum pilosa laudantur Varr. 3, 9. torosa & numerosa, Col. 6, 29. femina secari atque interdum inuri solent, Col. 6, 38.

Feminæ pavones, Col. 8, 11. feminis multa cum maribus communia, Col. 12, 1.

Femininum nomen, Varr. 3, 5.

Fenestellæ brevissimæ, Pall. 1, 24. *al.* fenestrellæ. fenestellis illuminari, Col. 8, 3.

Fenestræ qua parte faciendæ, Varr. 1, 13. Punicanæ, Varr. 3, 7. *vid.* Punic.

Feralis mensis, Col. 10, 191. *Februarius, quia hoc mense fiebant parentalia; i. e. sacrificia inferis Diis, quæ feralia dicuntur sacrificia inferorum.* feralia carmina flere, Col. 10, 350.

Ferax. feraces seminum, Col. 6, 36. feraces venti, Pall. 12, 5.

Ferctum Jovi, Cat. 134. *Paullus Festi abbreviator:* Ferctum genus libi, dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi: quæ qui afferebant, struferctarii appellabantur. *Vide pluribus Bapt. Pium annot. post. c. 147; Alardum ad Valer. Flaccum 5, 143; Lomeierum de lustrat. c. 13. Schœttg.* Fertum *forte rectius* Cat. 141. *vid.* ad Inscr. arval, p. 130.

aut fervura *potius*, φλεγμονὴ, *ut ostendit Dufresnius.* feruta *autem est plaga a cauterio facta*; fervura, *vulnus ex ustione.*

Fervore vini ruptæ orcæ aut dolia, Varr. 1, 13. * fervores æstivi, Col. 4, 24.

Ferus, *a*, *um.* ferus Juppiter, Col. 10, 329. feri arietes, Col. 7, 2. feri per mansuetos consuefiunt, Col. 8, 10. feræ pecudes ab hominibus mansuefactæ, Varr. 2, 2. ferarum pecudum genera, Varr. 2, 1. feræ arbores, Col. 3, 1.

Fessi opere, frigore, aut calore, Varr. 1, 13. *sic* Varr. 2, 1. *it.* 3, 16.

Festinantius demetere, Col. 2, 9.

Festinabimus emundare, Col. 4, 27.

Festi dies ut agendi villico, Col. 11, 1. festis exercere diebus quæ licitum, Col. 2, 22. *vid.* Feriæ.

Fibram rapi mediam gustato, Col. 12, 54. fibras emittunt spicæ ulpici, Col. 11, 3. fibræ tritici, adorei, Col. 2, 12. teneris frondens lactuca fibris, Col. 10, 111. fibrarum summæ partes, Col. 11, 3. cum fibrarum quatuor esse cœperunt frumenta, Col. 11, 2. *Nimirum* fibræ *sunt folia angusta*, *oblonga*, *& in mucronem fastigiata*, *atque*, *ut posteriores vocant*, graminea. *vid. Ponted. ad* Cat. 70. *vid. & Thes. L. L. in fibra.*

Fibulæ in apparatu trapeti, Cat. 3. fibulæ iligneæ, ulmeæ, nuceæ, ficulneæ, Cat. 31. *vid. Turn.* 25, 20, *& Baldus Lex. Vitruv. Nimirum sunt lignei* clavi, copulæ, subscudes, ancoræ, securiculæ, *quacunque figura denique ligna*, *quibus colligantur & firmantur ligna majora. Hæc architectonica* fibula. *Sed * in usu chirurgorum etiam est. Sic* Col. 6, 5 *forte legenda* fibula *pro* subula. *Sic* fibulæ ad palpebras, Veg. 2, 15. ad vulnus linguæ, Veg. 2, 31. *add.* Veg. 1, 22, & 2, 22, *ubi pro* fistula *restituendum videtur* fibula. *Vid.* Regula. *De omni autem genere fibulæ Jo. Rhodius de acia Celsi: sed fac*, *ut posteriorem editionem legas multum auctiorem.*

Fibulantur pulvinis testaceis juncturæ, Col. 1, 6.

Fictæ tabulæ, *h. e.* fixæ, Varr. 3, 7. *vid.* Affícta.

Ficariæ crates, Cat. 48. *describit* Col. 12, 15. * inter ficarias (*ficeta*) caprifici arbor suspenditur, Pall. 4, 10.

Ficetum, Varr. 1, 41.

Ficulneæ arboris, Col. 5, 11. 11, 2. ficulnea cacumina, Pall. 4, 10. folia, Col. 6, 3.

Ficulnas insitiones, Varr. 1, 18. ficulneas *al.*

Fici arbor, Col. 5, 11. fici ut ferantur, Cat. 8. *it.* 28.

Filicula trita, Col. 6, 27. *vid.* Felicula.

Filius læsisse dicitur a mulomedicis, Veg. 3, 18.

Filum, *nervus*, Veg. 4, 3. * filo gracili connectere carmina, Col. 10, 227. *De hac significatione* fili *egisse monet Schœttgenius Barthium ad Nemes.* 2, 11.

Fimi bubuli fumus aptus apibus, Col. 9, 14 & 15. fimus leporis in medicina boum, Veg. 3, 57.

Fingitur ex parentibus proles, Col. 6, 36 & 37. mos fingendi & figurandi ceras, Col. 9, 15.

Finio. arbusto nihil potest apte finiri, *h. e. definiri, determinari, ut nunc loquuntur*, Col. Arb. 5.

Finis dicito, qua vendas, Cat. 149. *Turnebus legit* fini, *& interpretatur quousque, ad quod usque tempus. Sed quid si* finis *est quartus casus pluralis numeri*, dicito fines, qua vendas, *h. e. quo usque, vel intra quos fines vendas.* Fines *arboribus satis* tuendi, Varr. 1, 15. *Addere possis, quæ de* olea in finibus posita *intelligimus ex* Varr. 1, 16. *unde proverbium* Extra oleas. *Victor. V. L. 31, 10.* * fini qua in modiolos erit, Cat. 21. radicibus fini, Cat. 28. *Est, opinor, mutatio casus, pro radicum fini, i. e. ad finem usque radicum. Popma. Mihi videtur vox* finis *ita usurpata fuisse, ut* tenus, *quod etiam ex* τέλος *derivat Vossius. Quemadmodum igitur* tenus *utrique casui junctum reperitur, fluctuante forte consuetudine inter Græcam rationem & Romanam, ut in his, quæ copiam vel inopiam significant, & aliis: ita* finis *etiam, vel sexto casu*, fini, *nunc, & frequentius quidem, genitivum sibi adjunctum habet, alias, ut hic apud Catonem nostrum, eumque forte solum, ablativum. Cum taceant adhuc Lexica, hac opportunitate oblata congeremus loca veterum, quibus hoc ostenditur. Ac primo quidem Gellius, in hac certe verborum disputatione minime ex ætate sua æstimandus, clarissime hunc usum vocis declarat 1, 3, ubi conjungit* QUATENUS, QUAQUE FINI dari amicitiæ venia debeat, *& eodem cap. extr.* HAC FINI ames, tanquam forte fortuna osurus, HAC itidem TENUS oderis, tanquam fortasse post amaturus. *Sallustius fragm. hist. 3, p. 979 Cort.* fine inguinum ingrediuntur mare, *ubi cl. editor advocat Auct. B. Afr. c. 85:* Atque ita per mare *umbilici fine* ingressi terram petebant; *itemque Justin. 30, 4, 6, ubi ex MSS. pariter ac optimis per integrum, & quod excurrit, seculum editionibus, sensu commodissimo legitur*, orientis fine, *h. e. usque ad Orientem: ut adeo intempestive a recentioribus mutatum sit. Porro Bentlejus ad Horat. 2 Od. 18,*

so illud Ovidii Pont. 1, 4, 18, Qui vix *Thessaliæ fine* timendus erat, *interpretatur,* Thessalia tenus, *itemque alterum Ovidii Halieut. 102,* Scopulorum fine, *explicat* scopulorum tenus. *Ita antiquitatis affectator Hyginus Astron. 272 s. L. 3 extr.* Quæ ad figurationem siderum pertinent, *ad hunc finem* nobis erunt dicta, *i. e. hactenus. Idem fab. 82 Tantalum dicit* stare in aqua media fine corporis, *ubi malit legere Sanctius in Min. 4, 4* medii. *Maneat igitur,* fine *vel* fini *eandem plane vim habere, quam habet* tenus; *illud peculiare huic loco Catonis, quod junxit Latino casui, numero præsertim plurali, ubi* tenus *etiam frequentius genitivum habet.* ansarum fini, Cat. 113. ea fine, qua adraseris, *quousque,* Col. 5, 11. Arb. 26.

Finitio ab antiquis lege sancita, Col. 5, 11,

Fio. fieri oportet porcam, *sacrificari,* Cat. 134. * fiunt hædi maximi in Caprasia, Varr. 2, 3. * fit deterius, *damnosum est,* Varr. 2, 4.

Fircellina LX millia, Varr. 3, 4.

Fircellius Pavo, *collocutor,* Varr. 3, 2 & 6.

Firmarunt, posse inseri, *confirmarunt,* Pall. 11, 12. firmatur a Græcis, Pall. 3, 26. firmantur, *asseverantur,* Pall. 10, 3. * donec firmentur agni, Pall. 12, 13. firmandæ largo pascuo equæ, Col. 6, 27.

Firmus. eo erunt firmiores, *fideliores,* Varr. 1, 17.

Fiscella cum sale populari, Cat. 88. in fiscellam conferre uvas & prelo premere, Col. 12, 39. fiscellæ texendæ & picandæ, Col. 12, 18. junco factæ rariore contextu, Pall. 11, 19. * fiscellæ boum, Cat. 54. *capistra. vid. Scheffer. de re vehiculari p. 166 sq.*

Fiscello ligneo inclusas baccas exprimito, Col. 12, 38.

in Fiscina nova uvas premito, Col. 12, 39. fiscinæ Campanicæ, Romanicæ, Cat. 135. oleariæ Campanicæ, Cat. 153. sportæque ex palma & sparto, Col. 11, 2. Cat. 13. Col. 10, 307. in fiscinis novis includi, Col. 12, 50.

Fiscus. in fisco novo premere, Col. 12, 52. fisco inclusa olea prelo supponitur, Col. 12, 47. per fiscum lineum exprimere, Col. 12, 38. fiscis novis premi oleum, Col. 12, 50.

Fissile adminiculum, Col. 4, 33.

Fissum rimosumque, *de ædificio,* Col. 1, 5.

Fissuram cuneo adigere, Col. 5, 10.

Fistucis vectibusque calcato, Cat 28.

Fistuco. fistucato fundamenta, Cat. 18. *Est autem* fistuca

& fiſtucatio *duplex. Interdum* fiſtuca *Philandrum audis a Baldo advocatum in Lexico Vitruv.* anſatum & capitibus ferratum inſtrumentum, quo pali ſublicæque in terram panguntur. *Interdum (quod e Budæo additur)* funibus attollitur, & pondere ſuo remiſſa alliditur. *Sed eſt etiam minoris molis* fiſtuca *&* fiſtucatio, *cum pavimenta manubriatis aſſiculis aut trabeculis pulſata coire ad firmitatem coguntur.*

Fiſtula urinalis, Veg. 3, 15. * per fiſtulam venit aqua in ornithonem, Varr. 3, 5. fiſtulæ plumbeæ in aquæductibus, Pall. 9, 11 & 12. per fiſtulam vento naribus inſerere, Veg. 1, 10. * fiſtulam ſubdito labro uti obturari poſſit, Cat. 154. fiſtula frigidaria *in balneo*, Pall. 1, 40. *Hic epiſtomium intelligi apertum eſt. De* Centimali fiſtula *vid. h. v.* * fiſtula perforata, Veg. 3, 4. *Ergo ſunt fiſtulæ non perviæ. Ita eſt:* fiſtulæ laxioris, quam ſunt reliqua foramina, regia apum, Col. 9, 11. *Quin * in morbis quoque talis eſt* fiſtula, *in quam* turundam intrudi *jubet* Cat. 157. *Add.* Veg. 2, 13, 23, 26 & 27. * fiſtula farraria *in ferramentis ruſticis commemoratur* Cat. 10. *Vox nondum ſatis explicata Lexicis, cui ex Plinio aliquantum lucis affundere ſtudebimus. Is enim non tantum 17, 24* fiſtulæ *meminit* ſutoriæ ſimilis, *qua utantur* ad inoculationem, *ubi haud dubie ſcalprum aliquod acutum intelligitur; ſed ubi de piſtura agit 15, 23,* Etruria, *inquit*, ſpicam farris toſti piſente pilo præferrato, *fiſtula ſerrata*, & ſtella intus denticulata. *Igitur* fiſtula *hæc* farraria *videtur eadem* ſerrata *intelligi, in cujus cavum quadratus, arbitror, piſtillus inſeritur præferratus, atque hujus ope ipſa fiſtula intra ſtellam denticulatam, ut cochlea in matrice, quam vulgo vocant, vel in tympano axis, circumagitur, quo facto interjecta inter fiſtulam ſerratam & ſtellam denticulatam grana elidi & comminui neceſſe eſt. Familiare hodie id genus piſendi eſt, ubi piper & ſimilia, faba præſertim Turcica* (Coffea) *toſta, comminuenda eſt, ita ut paucæ jam ſint apud nos familiæ paulo lautiores, in quibus non ſit hujus ſupellectilis videndæ copia. Neque tamen hic diſſimulandum, eſſe, qui legant* fiſtulam ferrariam: *quæ lectio ſi teneatur, generalius forte nomen fuerit hic* fiſtula. *Poſſit etiam aliquis ſuſpicari, legendum hic eſſe, ut apud Plinium*, ſerratam. *qua ratione ſuperior deſcriptio confirmaretur. Sed* farrariam *probo, quia nihil commodius eſt ad* far ſubtile faciendum *Cat. 143. Inſpice reliqua loca, quæ de* farre facticio *laudamus ſ. l.* * fiſtula *porro* ferrea *cavum aliquid eſt, intrinſecus in columellam, extrinſecus autem in cupam conveniens,*

2. flore exuitur vitis, Col. 3, 2. si florem non continet arbor Punica, Pall. 4, 10. in floribus laborant (*νοσοῦσι*) arbores, Pall. 3, 25. flores ut condiantur, Col. 12, 7. * *Quod optimum est in unaquaque re*, calcis, Pall. 1, 41. Veg. 2, 62. gari, Veg. 4, 28. liquaminis, Veg. 3, 47. marmoris vel gypsi, Col. 12, 20, 21 & 43. nitri, Veg. 4, 21. olei, Veg. 4, 11. *Sic Plin. 15, 6:* quod post molam (*intelligo, post primum circumactum molæ*) primum est, prima unda preli. salis, Cat. 88. *Ita Livius poeta:* florem anculabant Liberi ex carchesiis. *Favorinus orator apud Gellium:* is flos cœnæ habetur inter istos. *Lucretio*: flos nardi & flos Bacchi. * flos vini, *est ejus vitium*, Cat. 11. *quid sit, optime discimus ex Plinio 14, 27, ubi de* collecti in cella vini *differentia & cura agit.* Flos, *inquit*, vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini colos sit. *Et statim*, quod celeriter florere cœperit — non fore diutinum. *Col. 12, 30:* Si vinum florere incipiet, sæpius curare oportebit, ne flos ejus pessum eat, & saporem vitiet. *Est igitur* flos, *quod Harduino ad Plin. l. c. etiam observatum est, tenuis spuma in summo innatans, ad quam demendam, demi autem quantocius oportet, quin coli subtilis usus sit, non est dubitandum. Germ.* Kahn *vel* Kohn. * flos æris, *chalcanthus*, Veg. 4, 28. chalcitis, *ibid.*

Flosculi pomorum, *umbilicati vertices, floris reliquiæ*, Col. 12, 45. *An etiam ficus primum erumpentis cyma*, Col. 5, 10?

Fluidum salivis os, Col. 6, 9. fluidum *oppon.* terreno, Col. 8, 16.

Flumen facundiæ, Col. 1, Præf. flumina maritima, Varr. 3, 17.

Flumentana porta, Varr. 3, 2.

Fluminæ salices, Pall. Insf. 161.

Fluo. fluit gustus nobilis pretiosusque *in loco boni vini ferace*, Col. 3, 2. fluunt minus uvarum raritate vites, Col. 3, 2.

Fluorem ventris adstringere, Pall. 3, 31.

Flutæ murænæ, Varr. 2, 6. Col. 8, 17. *Macrobius Sat. 2, 11:* Arcessebantur autem murænæ ad piscinas nostræ urbis ab usque freto Siculo, quod Rhegium a Messana respicit. illic enim optimæ a prodigis esse creduntur: tam hercules, quam anguillæ: & utræque ex illo loco Græce *πλῶται* vocantur, Latine *flutæ*: quod in summo supernantes sole torrefactæ curvare se posse, & in aquam mergere de-

finunt, atque ita faciles captu fiunt. Et, si enumerare velim, quam multi magnique auctores murænas e freto Siculo nobilitarint, longum fiat. Sed dicam, quid Varro in libro, qui inscribitur Gallus, de admirandis dixerit his verbis: *In Sicilia quoque*, inquit, *Papirius manu capi murænas flutas, quod hæ in summa aqua præ pinguedine flutentur.* Hæc Varro. *Optimas autem in Siculo mari fuisse testatur etiam Plinius 9, 54, & Martialis 13, 80. Græcis sequiorum temporum muræna fluta dicebatur ἐξορμισθῶν, ἀπὸ τοῦ ἐξορμίζεσθαι, quod notat litus relinquere & altum capessere, Vide quæ in hanc rem notavit Salmasius ad Tertullianum de Pallio c. 5, p. 444. Schœttg.*

Fluviales arenæ, Pall. 1, 10.

Fluviatica animalia, Col. 8, 15.

Fluviatile negotium, Col. 8, 17.

Fluxe perpurgare, Varr. 2, 11. *Locus corruptus. Antiquus liber pro* fluxe *habet* si ussæ: *unde Ursinus conj.* si usæ; *Popma* hibisci.

Fluxura, *mustum, quod fluit ex uvis*, Col. 3, 2. amnem *hoc sensu dixit* Pall. 11, 14. undam *in oleo Plin. 15, 2. Sid.*

Fluxus *idem.* fluxum meliorem olei reddit oliva, Pall. 11, 10.

Fluxum corpus, Col. 1, Præf.

Focaneus palmes, Col. 4, 24. 5, 6. Pall. 3, 12.

Foculi duo, Cat. 10 & 11. *instrumentum ferreum, in quo ignis accenditur. Talis est* foculus Attinii tribuni pl. in rostris positus *apud Cic. pro domo. Turneb. 7, 22.*

Focus circumversus quotidie, Cat. 143. circa focum familiarem epulari, Col. 11, 1. focum ornato, Cat. 76. *Pluribus hunc locum in nostris epistolis complexi sumus, quo clarius ostenderemus*, focum *instrumentum etiam esse coquinarium, sed magnum; at minus* foculum. *Id nos vernacula consuetudine retinemus, qui* Focclare *& ignis locum, & vas, in quo cibi assantur, vocamus. Quod idem Latinis in consuetudine fuisse dum librarios fugit, Catonis monitum fœde inquinarunt. Ideoque* deve primo temperatoque *vel* leve *aut* lene pruna temperataque *fuit, ut cap. 113; vel*, lene igni temperatoque; *vel quid item. Ponted. vid. ejusd. ep. 66.* in foco rem divinam facere, Cat. 5. in focum corona indita, Cat. 143. * foco curare, *h. e. cauterio*, Veg. 1, 28. 2, 11.

Fodina argenti, Varr. 1, 2.

Fodiri hortum, Cat. 2. possunt seminaria, Col. 11, 2. *it.* Arb. 30. *Sic* circumfodiri, Col. 5, 9.

Fœcunditas cibis elicienda, Col. 8, 5. ejus parem legem natura dixit plantis & animalibus, Col. 3, 8.

Fœcundat aquilo vites, Pall. 12, 16. fœcundatur terra, Pall. 12, 1. ut fœcundentur loca exilia, Pall. 10, 9.

Fœcunda fruticis regio, Col. 9, 4.

Fœnariæ falces, Cat. 10. Pall. 2, 43.

Fœneratio, Col. 1, Præf.

Fœnerator fure pejor, Cat. Præf.

Fœniculi satio, Pall. 3, 24.

Fœnilia, Col. 1, 6.

Fœnisecæ ferramentum, Col. 2, 18. *al.* fœnisecis. fœniseca messor, *ibid.*

Fœnisecas, Varr. 1, 49.

ad Fœnisiciæ spem nata herba, Varr. 1, 47. fœnisiciæ cumulum addere, Varr. 1, 49. fœnisiciæ instituendæ, Col. 11, 2. ut condantur, Varr. 1, 56. *nimirum pro* fœno *hic ponitur*, *ut* messis, vindemia *&c.*

Fœnisicia administrant, Varr. 1, 17. ante fœnisicia, Varr. 2, 11. fœnisicia arida in tabulato, Varr. 3, 2. post fœnisicia, Col. 2, 19.

Fœnum quando & quomodo secandum, Varr. 1, 49. cum fœnum cecidimus, Col. 2, 19. succisum tractari & condi ut debeat, Col. 2, 19. Varr. 1, 56. cum concaluit, ignem creat & incendium, Col. 2, 19. quod melius, Col. 2, 17. auctumnale, Col. 7, 3. fœni sectio, Pall. 6, 1. sector, Col. 11, 1. repositio *f.* fœnile, Pall. 1, 32. semina, Col. 2, 18. quado spargantur, Pall. 10, 8.

Fœnum Græcum, rusticis siliqua, Col. 2, 11. 11, 2. ejus satio, Col. 2, 11. Pall. 2, 7. 10, 8. in defruti condituram adhibetur, Col. 12, 20, 21 & 28. & gleucini olei, Col. 12, 51. addito fœnugræco, Veg. 4, 9. ex fœnigræco, Veg. 4, 9 *& al.*

in Fœnus dare, Varr. 3, 5.

Fœtæ capræ nocet frigus, quia conceptum vitiat, Col. 7, 6. *Sic* fœta pavo, *que concepit*, *nondum peperit*, Col. 8, 11. * fœtas *puerperas liberas & stolatas adeo vocat* Varr. 2, 10. fœtas, *fere semper idonei scriptores appellant* puerperas, *hoc est*, *eas*, *quæ perpererunt. Inclitus tamen poeta dixit*, loca fœta furentibus austris, *pro plena. Idem ait:* Non insueta graves tentabunt pabula fœtas, *pro prægnantes. Verum*

alio in loco posuit fœtam *pro ea, quæ jam peperisset. Sic enim inquit in aspide poeta:* Fecerat, & viridi fœtam Mavortis in antro Procubuisse lupam. *Plinius noster* fœtam *semper usurpat pro ea, quæ a partu cubat. Beroald.* * fœtis palmitibus, Col. 3, 21.

Fœto. non fœtant in servitute gallinæ rusticæ, Col. 8, 12. fœtant rarius, Col. 8, 8. in paludibus anates, Col. 8, 15.

Fœtura a conceptu ad partum, Varr. 2, 1. ad sustinendum fœturæ onus, *de porcis,* Pall. 3, 26. fœtura humana, Varr. 2, 10.

Fœtus. fœtum edant, *h. e. ova pariant*, Col. 8, 11 & 14. integri fœtus *plur.* Col. 8, 11. fœtus mularum, Col. 6, 37. fœtibus inutiles vaccæ, Col. 6, 21. * *collectivum nomen est in istis*, fœtibus singulis pariunt ova quina *&c.* Col. 8, 14. *it.* novissimo fœtu. *Ita* secundi fœtus pecudes signantur Col. 11, 2. * *De fructibus aliis*, fœtibus terrenis & arboreis abundantes saltus, Col. 9, 20. fœtuum pauperies, Pall. 12, 9. *de proventu uvarum.*

Foliatis ramis, Pall. 4, 10.

Folia unde arboribus maneant hieme, Varr. 1, 7. quæ indicent anni tempora, Varr. 1, 46. folii lati apium, Col. 11, 3. folia subdito in libo, Cat. 75. *ut in mustaceo.* * folium, *malobathrum*, Pall. 2, 18.

Follicent, Veg. 3, 76, *restituimus ex* MS. *pro* follientes. Follicantes *est etiam Apul. Met.* 9, *p.* 185, 16 *Pric. ubi sunt* muli senes, cantherii debiles, circa præsepium capita demersi — follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedinis hiulci: *ubi* folles narium *ex Prudentio laudat Pricæus.* Genas *s.* buccas *debebat dicere*, *si respexit*, *ut videtur*, *Peristeph.* 10, 553. Perforari enim folles *imperat tyrannus: deinde* implet jubentis dicta lictor impius Charaxat ambas ungulis scribentibus Genas *rel. Huc enim convenit Tertulliani illud de Pallio*, *qui de chamæleonte*, follicans, *inquit*, ruminat, *h. e. reciprocante spiritu inflans se & contrahens instar* follis, *qui* follex *etiam est in glossis*, *quas laudat Salmas. ad l. c. p.* 199. *Neque* follicantes caligæ *aliud volunt*, *quam ita laxas esse & flaccidas*, *ut inter eundum nunc concipere ventum & inflari possint*, *nunc expresso spiritu contrahi. Denique ex glossis eidem Salmasio laudatis* Follico διασαλακωνεύω *non tam ad incessum mollem & fluctuantem cum summo viro*, *quam ad illam narium*, *pectoris & ventris inflatorum superbam reciprocationem retulerim.*

Folliculus fici, Varr. 1, 48. folliculi acinorum, Varr. 1, 54. folliculis vestiuntur grana tritici, Pall. 7, 2. * folliculus & anus *in equo jungunt C. S. M.* Veg. 3, 17 *pr.*

Fomentabis eum calida, Veg. 1, 53. *eodem sensu & forte vitiose* fumentando, Veg. 2, 8. *add.* 2, 17. *it.* 2, 46.

Fomenta frigori adhibentur, Col. 6, 30.

Fons putealis, Col. 11, 3. arguto *gramine* fontes, Col. 10, 284. fontium vires quando explorentur, Col. 11, 3.

Fonticulorum amœnitas, Col. 11, 3.

Foramina naturæ, Varr. 3, 12. *cf. Plin. 8, 55.*

Forati parietes, Col. 8, 3. foratis cornibus, Col. 7, 3. perticis, Col. 8, 11.

Forda bos post coitum non admittit taurum, Col. 6, 24. ne operis & uteri simul gravetur onere, Col. 6, 24. *Vacca prægnans dicitur* forda *a fœtu. Ovidius*: Forda ferens bos est. *Ab aliis* horda *appellatur quadam cognatione literarum, ut* hœdus, fœdus. *Inde in fastis dies* hordicalia, *sive* fordicalia *nominantur, quæ nonnulli appellant* fordicidia, *quibus* hordæ *sive* fordæ, *id est, gravidæ vaccæ immolabantur. Beroald.*

Forensia vestimenta, Col. 12, 45.

Forficibus amputant vitiosa, Col. 12, 43. *De* forficis & forpicis *differentia Rhodius ad Scribon. c. 53, p. 93 sq.*

Fori *in horto*, Col. 10, 92. fori *proprie sunt scamna aut subsellia navium & theatrorum. Ergo per metaphoram h. l. illud, quod est inter duos sulcos eminens vel elatum*, fori *dicuntur, non ipsi sulci, ut quidam volunt. Schœttg. Mihi tamen ex etymo* fororum, *quos non minus, quam* fores *a* forando *dictos arbitror, commodius videntur intelligi cava sulcorum. Sed neutro opus proprie est;* fori, trames, *sunt, quos Columella* gradus *alias vocat, spatium, quantum uno nisu effoditur.* Angustos foros & parvum tramitem *jubet esse, ut tanto fieri queant profundiores.*

Foria, *suum morbus*, Varr. 2, 4. *Reinesius ad Inscr. 20, 148 p. 932* foriam *legi vult pro* furia. Suriam *autem suum feminarum affectum dicit, quæ cum id patiuntur, dicuntur* ϑυᾶν & κυπρᾶν. *Certe* foria *pro morbo pecudis non minus, quam illud* furia *vel* foria, ἅπαξ λεγόμενον. *Nonius laudatus hic ab Ursino, quid sint* foria *explicat, a quibus dicuntur* forioli.

Foriculæ, Varr. 1, 59. *videntur valvulæ ad fenestras occludendas.*

Forinsecus, Col. 8, 3.

Forma agri, quam natura dat, & quam sationes impo-

Forpices, *an* forcipes? Cat. 10 & 11. *In instrumento rustico cum censeantur, videntur neque sartorum esse, neque tonsorum; sed illud, quo apprehendi, extrahi, intorqueri possunt clavi ferrei, eine Zange. ad ignem in foco tractandum cum rutabulo refert Turn. 7, 22. fuerit itaque eine Feuerzange.*

Fortasse an, *forsan*, Varr. 3, 6 & 16. *Sic Apul. apol. 1:* Et fortasse an peracute vobis reperisse videbamini. *& apol. 2:* Fortasse an vidua antequam domi desedisset. *Sisenna lib. 3 ap. Non.* Quod fortasse an ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset. *& Accius in Antenoridis ap. eundem Nonium:* Fortasse an sint, & quos hic non meret metus. *Agell. 11, 9:* Legatos venisse Athenas fortasse an de quadrigis veterum auctoritati concessero. *Tertull. 5 adversus Marcionem:* Fortasse an & mystice factum sit, *& alibi. Ursin.*

Fortax fornacis, Cat. 38. *ut a fornice fornax, ita a fortitudine* fortax *dici videtur: quo verbo censetur totus imus camini gyrus, & soli tegumentum pavimentatum & saxeum.* Θαῤῥὸς *a Græcis vocari videtur. Hesychius:* Θαῤῥὸς λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεῦσιν. *Turn. 11, 13. Forte in nostris fornacibus* fortax *fuerit crates fornicata lateritia, satis illa fortis ad sustinendum onus, & ignem tamen transmittens.*

Fors. Fortis fortunæ laudes, Col. 10, 316.

Fortis in operibus administrandis, Col. 1, 8. fortes ad opera boves, Col. 6, 1.

Fortiter agitare, Pall. 11, 14. commovere mustum, *ibid.* triti mellis, Pall. 9, 13. verberantur virgis, Pall. 11, 19.

Fortuito facere aut ut libet, Col. 4, 16.

Fortuitus. fortuita corporis vitia, Col. 11, 1.

Fortunæ laudes dictæ post merces exactas, Col. 10, 316.

Forum in torculari, Cat. 18. *est pars torcularis, quæ continet uvas, vel oleas destinatas prelo: dictum, quod ibi feriatur uva, vel propterea, quod ibi teratur. Popma. Conf. Plin. 15, 6, & Harduin. no. 23. Loca Tertulliani duo habet Turneb. 27, 17.* Fora & torcularia diligenter emundata, Col. 11, 2. 12, 18. *Isidor. Orig. 15, 6:* Forus est locus, ubi uva calcatur, unde & calcatorium dicitur. *Hinc igitur planum est, quid sit* Varr. 1, 54 forum vinarium. *Nimirum alveus videtur, in quo calcatis uvis mustum defluit. Ita* fori *in navibus, ubi eunt nautæ;* forus *aleæ apud Suet. in Aug. 71. ipsum*

forum urbis, *ubi frequenter eunt*, feruntur, *homines &c.* Angusti fori, Col. 10, 92, *sunt sulci.*

Fossas veteres tergere licet per ferias, Col. 2, 22. fossa quæ idonea, Varr. 1, 14. fossæ inciles, Cat. 155. duum generum, Col. 2, 2. cæcæ ut fiant, Pall. 6, 3. fossa præcipiti munire, Col. 5, 10. fossarum capita, Pall. 6, 3. * fossa in curatione cervicis ejectæ, Veg. 2, 41.

Fossato circumveniente, Pall. 10, 13.

Fossiciæ arenæ genera, Pall. 1, 10.

Fossilis arena, Pall. 1, 10. sal, Col. 6, 33.

Fossio danda vineis, Col. 11, 2. fossionibus concitare vineas, Col. 4, 28.

* Fossura vitium, Col. Arb. 12. quoties opus sit, Col. 4, 28. plana, Col. 4, 14. hiberna in Hispania, *ibid.* solum leniter scalpens teneritudini robur inducit, Pall. 10, 14. fossuræ regula, Pall. 1, 6.

Fovet ova gallina incubans, Varr. 3, 9. fovenda calido aceto, Col. 6, 12. humore planta, Pall. 11, 12.

Fraces olei, Cat. 66 & 67. quam diutissime in fracibus erit oleum, tam deterrimum erit, Cat. 64. Carnes *vocat Plin. 15, 6, & ex iis fæces esse monet. Dictas puto a* frangendo: *quod etiam probabile sit, si* fracesco *verbi usum spectes: quod autem* frages *&* fragesco *propterea scribas, nihil est.* C *&* G *permutari sexcenties, constat.*

Fracescere debet terra lutosa, *h. e. mollescere & quasi fermentare*, Cat. 128. ubi bene fracuerit, *ibid.* fracescet oleum, *h. e. resipiet fraces*, Col. 1, 6. *Sed* fracescere mediocriter debet olea, Varr. 1, 55. *h. e. mollescere. Cf.* Cat. 64. *Interim vitium est, si* fracescat caldore, Varr. 1, 55. * *apud Non. 1, 308, p. 62, 3 Merceri* fraccescere *scribitur.*

Fracida olea facilius efficitur a factoribus, Cat. 64.

Fractum triticum, Pall. 1, 29. fracta pecudum quomodo sanentur, Col. 7, 5.

Fractura ut sanetur, Cat. 160. ossis si extra cutem eruperit, Veg. 2, 47.

Frangitur deflexu palmes, Col. 4, 26. franguntur frumenta molis aquariis, Pall. 1, 42. *vid.* Fractum triticum. * fregerunt se calores aut frigora, Varr. 2, 2. *Cic. de æstu meridiano eadem voce usus est Orat. 1 ad extr.* dum se calor frangat. Frangere *&* frangere se *est mitigare, quod exemplis probavit Burmannus ad Petron. c. 75. Schœttg.*

Fraudare, *privare*, Col. 3, 9.

Fraudulenter infeſtare, Col. 1, 8.

Fraxinea frons, Col. 6, 3. bubus præbetur, Col. 11, 2. manubria, Col. 11, 2.

Fraxini ſatio, Col. 5, 6. cacumina, Col. 6, 17. Veg. 3, 4. fraxino inſeritur pirus, Pall. 3, 25. fraxinus catenis utilis, Pall. 12, 15. * fraxini ſilveſtres ſunt orni, Col. Arb. 16.

Fregellana nigra vitis, Col. 3, 2.

Fremitus canis, Col. 7, 12.

Frendere, frangere, Varr. 2, 4.

Frendorem patitur bos hydrophobus, Veg. 3, 31.

Freneticus equus, Veg. 2, 3.

Frequens piſcibus vivarium, Col. 8, 16.

Frequentatæ ſupplementis juventutis apes, Col. 9, 13.

Frequentat fœtus columba, Pall. 1, 24. frequentet prole nova mundum, Col. 10, 213. frequentare piſcinas, Col. 8, 16. *h. e. ſeminibus implere, beſetzen.* vineam, Col. 4, 15. *novis ſtirpibus augere.* frequentatur inductio, Pall. 1, 15. *calx frequenter inducitur.*

Freſa cicera, Col. 2, 11. 11, 2. faba, Col. 2, 12. 6, 3. ad menſuram modii propemodum ſicut integra reſpondet, Pall. 2, 9. freſum ervum, Col. 6, 3.

Fretum recens, Col. 8, 17.

Fricatio aſſidua, Col. 6, 12. quam ea utilis ſit jumentis, Col. 6, 30. Veg. 1, 43 & 56. 2, 53. 3, 2, 55 & 58.

Frico. fricare pavimentum, Cat. 18. *cf. Vitruv. 7, 1.*

Frictum triticum, crudo *opponitur,* Varr. 2, 4. cuminum Cat. 156. *trita intelligo. Sed* * frictus *pro* frixus. fricti ſales, Pall. 12, 21. Veg. 3, 66 & 70. *ut* fictus *pro* fixus. fricta reſina *ſæpius apud Scribon.*

Frigidaria fiſtula *in balneo,* Pall. 1, 40. maltha, Pall. 1, 41.

Frigiſci equi, Veg. 4, 6. Phrygiine, *an* Friſii? *Phrygios laudat Claudian. 29, 192.*

Frigo. frigito ſalem, Cat. 106. friges ſemen coriandri, Veg. 1, 45.

Frio. facile frietur terra, Varr. 1, 9.

Frit *quid eſſet,* Varr. 1, 48.

Frixus in capite ſanguis, Veg. 2, 1. *a* frigeo *videtur dictus,* qui refrixit, *vel ſimpliciter qui conſtitit, & fluidus eſſe deſiit, ut* gelare, congelare.

in Frondatione quid cavendum, Col. 5, 6. *vid. Serv. ad Virg. Eclog. 1, 57.*

Frondens multa materie, Col. 3, 1.

Frons, *frondis.* ilignea, quernea, putida, Cat. 37. quae melior? Col. 6, 3. prima fraxinea, tum ornea, tertia ilignea, bubus præbenda, Col. 11, 2. quernea, populnea, *ibid.* ex illice vel lauro, *ibid.* frondem vel folia ficulnea, *ibid.* frons in vite, Pall. 10, 18. frondis crispæ apium, Col. 11, 3. frondes bubus & pecori, Cat. 30. supervacuæ decerpendæ, Col. 4, 27. luto Punico illinitæ, Col. 9, 7. * tenerrimum quemque frondem, Veg. 3, 4.

Frons, *frontis.* occipitio prior est, Cat. 4. *i. e. ut interpretatur Turn. 14, 2 & 29, 27, præsentia potior est absentia. Multis verbis hunc locum illustrat Jo. Bapt. Pius annott. prior. T. I, p. 430 Fac. Gruter. Columella 3, 21 huc trahit illud Maronis de numine*, Et quocunque Deus circum caput egit honestum *&c. Add. id. 1, 1 & 4, 18, ubi* oculos & vestigia domini rem agro saluberrimam *dicit. Plin. 18, 6 hoc ipsum Catonis, ut vocare solet, oraculum profert, & c. 8* fertilissimum in agro oculum domini, *majores dixisse refert. Pall. 1, 6:* domini præsentia provectus est agri. *Add. Camerar. jun. opusc. de R. R. p. 26, 27, & Phædr. fab. 2, 9.* * frons fossæ vel scrobis, *latus interius, & quidem si oblonga est, brevius. vid.* Col. 3, 15 & 4, 4.

Fructiferæ arbores, Col. 11, 2. materiæ, Col. 4, 21. fructiferum sarmentum, Pall. 3, 29.

Fructuarius palmes quis, Col. 5, 6. fructuarii oculi, Col. 3, 18. palmites, Col. 4, 24. 5, 6. rami, Col. 5, 9. fructuaria scrofa, Varr. 2, 4. villa, Col. 1, 6. flagella, Col. 5, 5. sarmenta, Col. 4, 24. *it.* Arb. 8 & 10.

Fructuosiora vina Falerna, Varr. 1, 65.

Fructus fundi, qui ex eo satus nascitur, utilis ad aliquam rem, Varr. 1, 23. omnis quinto gradu ad perfectum pervenit, Varr. 1, 37. ceræ, Col. 9, 16. aviariorum, ova & pulli, Varr. 3, 3. ovium qua lege venire solitus, Cat. 150. fructum ferre incipit vacca, Varr. 2, 1. fructus aridi & liquidi, Varr. 1, 13. fructuum venturorum experimenta, Pall. 7, 9. * fructus libidinis, Col. 11, 1. *h. e. fruitio.* * fructi plus capies, Cat. 4. fructuis venenum, Varr. 1, 2.

Frugalitas antiqua, Varr. 3, 3. ejus exemplum domesticis sit villicus, Col. 11, 1.

Fruges roburneæ, Col. 9, 1. frugibus idonea pars vitis, Col. 3, 17. fruges *pro* fructibus *etiam* Col. 10, 39.

Frugifero loco natus palmes, Col. 3, 10.

Frumentarius ager, Cat. 6. Varr. 2, 11. campus, Cat. 1. frumentarium solum, Col. 5, 9.

Frumentorum nomina frustra est præcipere, quæ aut loco subinde, aut ætate mutantur, Pall. 1, 6. quid frumentum? Varr. 1, 48. frumenta quale solum expetant, Col. 2, 9. Pall. 1, 6. quando serantur, Col. 11, 2. quæ, ubi? Cat. 35. Col. 3, 8. florere & grandescere quot diebus soleant, Pall. 6, 1. quot gradibus ad maturitatem veniant, Varr. 1, 32. quomodo terenda, expurganda, condenda, Col. 2, 21. ut custodiantur, Pall. 1, 19. ubi melius serventur, Col. 1, 6. contra curculiones & mures, Cat. 92. ut promantur, Varr. 1, 63. ne degenerent, Col. 2, 9.

Fruor. frui pabulum, Cat. 149.

Frustratio, non cultura, Varr. 1, 1. cupiditatis, Col. 11, 1.

Frustrari impensas, Col. 1, 1. frustrantur opera diuturna cessatione, Col. 12, 1.

Frutectosus tractus, Col. 2, 2.

Frutectis obsessus ager, Col. 3, 11.

nec Frutex, nec arbor est vitis, Col. Arb. 1. frutices olerum, Col. 11, 3. fruticibus buxeis aut myrteis, Col. 8, 15.

Fruticat seges ante hiemem, Col. 2, 11 & 12. e trunco salix, Col. 4, 31. fruticavit pluribus culmis ex uno semine, Col. 2, 9. cum fruticaverit lupinum, Col. 11, 2.

Fuci, *apum genus*, Varr. 3, 16. Col. 9, 15. Pall. 7, 7.

Fuga temporis, Col. 11, 1. fugarum signa, *h. e. fugitivorum*, Col. 10, 125.

Fugientes fontes, Col. 10, 284.

Fugitivarius, Varr. 3, 14. *Ulpianus:* Non enim ambo pecuniam, ego & fugitivarius deposuimus. *Erat is, qui mercede fugitivos e fuga retrahebat. Scalig. Flor. 3, 19, 7:* Itaque qui per fugitivarios retrahi debuissent, prætorios duces, profugos prœlio, ipsi sequebantur. *Adde Cujacium observ. 5, 9 & 21, 11. Freinshemium ad l. c. Flori. Schœttg. Adde Barth. Adv. 5, 8, p. 229.*

Fugitivæ fiunt apes, Varr. 3, 16.

Fugat emtores conditus vini sapor, Col. 12, 20.

Fuligo supra focos tectis inhærens, Col. 11, 3. ærei vasis, Veg. 2, 62. infriatur cornu præfacto, Col. 6, 16. Veg. 3, 4. cum fuligine tritus marrubii succus, Col. 6, 13.

Fullonnica pila, Cat. 10 & 14.

Fulmenta, Cat. 14. *intelligo* tigilla quadrata, *qualia pedibus lectorum vulgarium*, (*qui & ipsi* fulmenta *vel* fulmentæ *a* fulciendo *dicuntur*) *mensarum item e. i. g. a. adhibentur.*

Fulmina ut prohibuerit Tarchon, Col. 10, 346. * fulmina Ciceronis, Col. 1, Præf.

Fulta cibis bos, *roborata*, Col. 6, 24.

Q. Fulvius Lippinus, *an* Lupinus? Varr. 3, 12.

Fumarium, Col. 1, 6.

Fumigare leniter apes, Varr. 3, 16. alvos, Col. 9, 14. gallinaria, Col. 8, 5. fumigantur pulli surculis pulegii, Col. 8, 5.

Fumosa ne sint ligna, Cat. 130. *Veteres exsiccabant ligna, purgabantque, ne fumum facerent. Unde* cocta ligna *nominat Ulpianus tit. de verborum signific. & tit. de legat. 3.* Coctilia *Trebellius Pollio;* arida *Ovid. l. 4 Fast. Martialis Græca voce* *ἄκαπνα. Homerus Odyss. 6 κάγκανα, Pollux καύσιμα. Popma. Tanto magis necessaria erant illa ἄκαπνα, quod caminos vulgo non haberent, qua de re disputamus in* Carnarium.

Fumus afflat granaria, Pall. 7, 3. apibus qui aptus, Col. 9, 14. gallinis salutaris, Col. 8, 3. adversus spiritus nocentes, Pall. 1, 35. fumo vetustescunt vina, Col, 1, 6. culmi coloratus caseus, Col. 7, 8. in fumo suspensæ pernæ, Cat. 162.

Fundamenta rustici ædificii, Pall. 1, 8. * fundamentum semitæ solum hominis, Varr. 1, 47. omnis pecuniæ pecus, Varr. 2, 1.

C. Fundanius Varronis socer, Varr. 1, 2. *nam* Fundania Varronis uxor, Varr. 1, 1.

L. Fundilius, Varr. 1, 2.

Fundo, *as.* fundare radices altius, Pall. 3, 10.

Fundo, *is.* fundere pampinum, Col. 4, 22.

Fundus. fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur. Sed in usu urbana ædificia, ædes; rustica, villæ dicuntur. Locus vero sine ædificio in urbe area, rure autem ager appellatur: idemque ager cum ædificio fundus dicitur. *Hæc L. 211 π. de V. S.* Fundus probari qui soleat, Col. 1, 2. de fundi solo quæ videnda, Varr. 1, 6. fundi oram sterilem quæ faciant, Varr. 1, 16. extra fundum quæ commoda & incommoda, Varr. 1, 16. fundus suburbanus ut instruendus, Cat. 7. fundi locatio frequens res mala, Col. 1, 7.

Fungentur pro fultura & substructione, Col. 1, 5.

N 2

Fungosæ fiunt radices a lætamine, Pall. 9, 5. *nostri pelzigt.*

Fungos exsiccans remedium, Veg. 4, 28.

Funiculus, Cat. 63.

Funis effici non potest ex parvitate arenæ, Col. 10, Præf. *Proverbium est, aliis notatum de re prorsus impossibili, quam quis tamen conficere laboret. Suidas:* ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. *Nilus de primatu Papæ lib. II:* ἐκεῖνός τε ἀπὸ τοιούτων ἑαυτὸν ἐλπίζων ἐξαίρειν, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ ἐκ ψάμμου σχοινίον πλέκειν ἐπιχειρεῖ. *Barth. Advers. 50, 10.* Funes qui, quales, Cat. 135. lorei, Cat. 3, 12 & 63. mediponti, Cat. 12. spartei, Cat. 3. subductarii, Cat. 12 & 68. torculi, Cat. 63 & 68.

in Funus prodire defuncto, Varr. 1, 69.

Fur dupli condemnatur, Cat. Præf. * fur, *fucus*, Varr. 3, 16.

in Furcas destitutas colla boum includere, Varr. 1, 20. *Putaverim furcas majores in terram defixas esse in hunc modum* ⅄, *qua ratione caput bovis domandi in terram deprimitur, & nisu vehementiori ademto jactare jugum dediscit.* Felices, qui ferre incommoda vitæ, Nec jactare jugum vita didicere magistra. *Neque tamen non hoc etiam observandum*, destinata, *quod habent aliæ editiones, & ad* colla *referunt, verbum esse & ipsum elegans & ad hanc rem apprime aptum, atque significare deligata, adstricta. Neque opus est exemplis id probare, cum in Fabriano thesauro quivis reperire, quantum satis est, possit.*

Furcillæ bipedales e surculis, Varr. 1, 8. furcillis versare herbam, Varr. 1, 49. contundere fasciculos fabarum, Col. 2, 10.

Furfures hordeacei, Col. 12, 43. a farina excreti, Col. 8, 4.

Furiis libidinis exstimulatur, Col. 6, 27.

in Furno siccantur ficus, Pall. 4, 10. furno torrefactæ fici, Col. 12, 15. in furnum reponitur mustum lixivum, Col. 12, 41. *sed melius Ursin.* fumum.

Furtiva ruta melius provenit, Pall. 4, 9. *Etiam hoc habet Plin. 19, 37:* Rutam furtivam tantum provenire fertilius putant, sicut apes furtivas pessime.

Furunculus verrucæ similis in vite, Col. 4, 24. ut submittendus, Col. 4, 24. 5, 5. in furunculum germen submittitur, Col. 4, 22. *add. Plin. 17, 35.* * *ulcus in equis*, Veg. 1, 31. *add.* 3, 45.

& ficus tangant, Col. 8, 5. ut farciantur, Cat. 89. silvestres vel rusticæ, Col. 8, 12. quædam vento concipiunt, Varr. 2, 1. earum stercus bubus pestilens, Col. 6, 5. Veg. 3, 2 & 85.

Gallinaceus pyctes, Col. 8, 2. gallinacei pulli, Varr. 3, 9. Col. 8, 11. mares, Col. 8, 2. gallinaceum genus, Col. 8, 5.

Gallinarius curator, Varr. 3, 9. Gallinaria insula, Varr. 3, 9. Col. 8, 2. vasa, Col. 8, 8 & 10. gallinaria, *subst.* constituenda, Col. 8, 3.

Gallioni nostro, Col. 9, 16.

Gallulæ minutæ, Veg. 2, 49.

Gallus. Galli appositissimi ad jumenta, Varr. 2, 10. succidias optimas & maximas faciunt, Varr. 2, 8. messem quo compendio faciant, Pall. 7, 2.

Gallus, *maritus gallinacei generis*, Varr. 3, 9. Col. 8, 2. galli rixosi procacitas ut impediatur, Col. 8, 2.

Gamba equi. supra gambam, Veg. 2, 47 & 49. 3, 19. sub gamba cirri, Veg. 4, 1. gambarum inflexione molliter vehit equus, Veg. 1, 56. in gambis laccæ, Veg. 1, 27. *Notavit antiqua manus ad exemplum Vegetii, quod a Kromayero accepi, Hermolaum Barbarum a κάμπτειν derivasse gambam.*

Ganearium triclinium, Varr. 3, 9. genianum, *a* genio, *malit Scaliger.*

Gangeticæ aves, Col. 8, 8.

Ganglion, Veg. 2, 30. *add. Gorræus Definit. med.*

Garada Syriæ, Varr. 1, 44. *Non succurrit aliqua regio vel urbs hujus nominis, nisi forte legendum sit* Gadara, *quæ in Syria quondam duplex fuit. Schœttg. Recte. Viderat idem Bochartus Geogr. 1, 24, p. 525 A.*

Gari floris sextarium, Veg. 4, 28. Flos gari *est* γάῤῥον πρωτεῖον *Æginetæ; vel* optimum *Columellæ 6, 38. Dioscor. 2, 34:* γάῤῥον νομὰς ἐφιστᾷ. *Æginetæ etiam est* καθαρτικόν.

Garum per nares infundendum jumento, Col. 6, 34 & 38.

Gaudet parum ulmus, Col. 5, 6. *h. e. læta est.*

Gelatus caseus, Col. 7, 8. gelato lacte mollior, Col. 10, 397.

Gelicidia si erunt, Cat. 65. ad gelicidium retecti rami, Varr. 1, 55. gelicidia nocturna, Col. 11, 2. gelicidiis infestari, Col. 2, 8. peruri, Col. 11, 3. mitescunt acini duriores, Col. 3, 1.

Gelo. cum gelaverit, Col. 9, 13. *h. e. refrixerit & consti-*

terit. vid. Gelatus. gelantur hiemis frigoribus fictilia vasa, Col. 9, 6.

Gelum, *pro* gelu, Varr. 1, 45.

Gelus, Cat. 40.

Gemellæ vites, Col. 3, 2.

Gemellar structile, Col. 12, 50. *Quid* structile *esset, non patiuntur nos ignorare ipsi rustici nostri, & Vitruv. 8, 7, nimirum ex lapidibus vel lateribus constructum. Sed utrum* gemellar *oleo excipiendo ita strui solitum aut consultum sit, (gypso quidem poliri intus potuisse video) non habeo dicere, non magis quam illud, quid proprie* geminum *fuerit in* gemellari, *unde nomen invenerit; nisi quod suspicor, totum vas fuisse geminum, aut duo plurave cava habuisse, e quorum uno in alterum transiens oleum ipsum se quodammodo depleverit. Tale* gemellar structile *ideo etiam damnare noster videtur, quod exhauriendo deplendum esset, neque defundi posset, qua causa etiam plumbea quadrata minus commoda sunt; omnium aptissima labra rotunda, aheneorum vulgarium instar, in quorum fundum amurca facile confluat, ibique defuso oleo relinquatur.*

Gemini partus familiares, Col. 3, 8. geminæ vites duum generum, Col. 3, 2. geminas vites ex eodem capite diducere, Col. 4, 1. * Gemini in cœlo Apollo & Hercules, Varr. 2, 1. *vid. Hygin. Poet. Astron. p. 215 ed. Commelin.* geminum astrum *vocat* Col. 10, 312.

Gemmas & corticem movere, Col. 4, 29.

Gemmascere, Col. 5, 10. *it.* Arb. 22.

Gemmata matre, *de arbore Punica, pro* gemmante, Pall. 4, 10.

Gemmo. gemmare incipit planta, Varr. 1, 40. *add.* Col. 4, 27. gemmant rosaria, Col. 10, 37. *florent, in gemmæ modum splendent.* gemmantes surculi rosarum, Pall. 12, 11. gemmantia sarmenta, Pall. 3, 32. gemmantes pinnæ, Col. 8, 11. gemmantis caudæ (*pavonis*) amictus, Pall. 1, 28. gemmantia lumina loti, Col. 10, 258.

Genæ rescinduntur *gallinis pituita laborantibus*, Col. 8, 5. *ita* genæ *pro palpebris*, Veg. 2, 16.

Generale præceptum, Pall. 1, 43. *Sic* generalia, Pall. 2, 13. generales partes, Varr. 2, 1.

Generatim, *h. e. separatis generibus*, Col. 2, 15. 5, 10. 12, 7 & 10. Arb. 18. Pall. 3, 9. * generatim & specialiter *oppon.* Col. 3, 9. 12, 2.

Generositas natis exhibita, Col. 6, 36. surculorum, Pall. 11, 3. virentium, Col. 3, 6. vitium, Col. Arb. 2.

Genesta, *pro* genista, *scribunt omnes* Pall. 3, 23. 12, 8. *non esse* spartum *Græcorum*, *ostendit Salm. ad Solin. p. 168. an hastilibus apta sit? disputat Burm. ad Grat. 130.* genestæ succus, Veg. 3, 13. *vid.* Genista.

Geniculorum & gambarum inflexio, Veg. 1, 56. cum geniculis suis surculi rosarum, Pall. 12, 11.

Genistæ satio, Col. 4, 31. Arb. 29. Col. 1, Præf. genista & caricibus teguntur porticus gallinariæ, Pall. 1, 22. *describit illam Guilandi. de papyro c. 9 p. 263. Schœttg. vid.* Genesta.

Genitali loco nata, Col. 3, 10. genitalia loca, Col. 6, 36. membra, Col. 3, 10. femina, Col. 10, 106. genitales partes, Col. 6, 26. ex genitalibus (*vitium*) partibus sumendi trunci, Col. 3, 6. ne genitales sint vulvæ, Col. 7, 9. genitalia tempora mundi, Col. 10, 196. *Ita* genitabilis aura Favoni, *Lucr. 1, 11.*

Genitor universi, Col. 3, 10.

Geno, *pro* gigno. antequam genat siliquas, Varr. 1, 31. principium genendi, & *paul. p.* ad genendum, Varr. 1, 40. genit lac, Varr. 2, 2. genuntur similes parentum, Varr. 2, 6.

Gens universa totius alvei, *de apibus*, Col. 9, 3. gentis totius exitio, *de iisdem*, Pall. 4, 15. * gentes solum nonnunquam mutant, Col. 1, 3.

ad Gentiles & agnatos deducendus, Varr. 1, 2. *cf.* Col. 1, 3. *Respicit ad legem XII tabularum: SI QUIS FURIOSUS SIET, AGNATORUM GENTILIUMQUE ENDO EO PECUNIAQUE EJUS POTESTAS ESTOD. Ursinus. Horat. 2 Sat. 3, 218:* Huic adimat jus Prætor & ad sanos abeat tutela propinquos. *Schœttg.*

Genu. genibus rectis, Varr. 2, 5. Col. 6, 1.

Genus. hortum, coronamenta omne genus, *pro omnis generis*, Cat. 8. seminaria omne genus, Varr. 1, 29. omne genus frumento pascuntur, Varr. 3, 6. omne genus avibus oppletæ, Varr. 3, 5. quod genus pastores habendi, Varr. 2, 10. hoc genus rebus, Varr. 2, 1. * genera habent plures species, Varr. 3, 3. * hoc genere, *h. e. hoc modo*, Col. 5, 11. Pall. 1, 13 & 35. 2, 15. 5, 8. 11, 10. *majores auctoritates dabit Rhodius Lex. Scrib.*

Geometrarum opus, Col. 5, 1.

Georgicum carmen, Col. 7, 5. *it.* 10. Præf. Georgicon appellat librum suum Democritus, Col. 11, 3.

Germania fœcunda procero milite, Col. 3, 8.

Germanæ cepæ, Veg. 3, 54. cochleæ, Veg. 1, 56. 4, 8. vites, Col. 3, 2.

Germen. in principio germinis, Pall. 4, 10.

per Germinationem, Col. 11, 2. *h. e. cum germinant.*

Germino. germinant nova fronde silvæ, Col. 7, 6. germinans ex singulis gemmis materiis compluribus cum fructu vitis, Col. 3, 6.

Gerulus, *bajulus*, Col. 10, 310.

Gerundia in dum cum casu verbi constructa: Videndum hæc quatuor, Varr. 1, 6. serendum viciam, Varr. 1, 32. corticem integrum servandum, Varr. 1, 41. faciendum umbracula, Varr. 1, 51. faciendum alacriores præmiis, Varr. 1, 17. faciendum septa, Varr. 2, 2. secernendum arietes, & explendum pabulo, Varr. 2, 2. deliniendum agnos pabuli bonitate, Varr. 2, 2. compellendum in gregem, *ibid.* ad aquam appellendum (boves) Varr. 2, 5. prodigendum (pullos) in pabulum, Varr. 2, 7. objiciendum farinam, *ibid.* dandum panes ordeaceos, Varr. 2, 9. immittendum columbas, Varr. 3, 7. excusos pullos subducendum, Varr. 3, 9. notandum ova, Varr. 3, 10. animadvertendum tempora, & providendum loca, Varr. 3, 16. * *etiam in DO.* Varr. 3, 9. In supponendo ova. *add. Drakenb. ad Sil. 15, 105.*

Gesticulator corporis, Col. 1, Præf.

Gestiunt aves apricitate diei, Col. 8, 15. gestientes post vernam pinguedinem vaccæ, Pall. 8, 4.

Getæ γαλακτοπόται, Col. 7, 2.

Gibberi spina, Varr. 2, 5. *Forte totus hic locus ita constituendus*: subsimis, ne gibberis, pinna leviter remissa apertis naribus. *Nimirum* gibberæ nares *opponuntur* subsimis; *porro* apertas *vult easdem* pinna (*quamquam nec de* spina *acriter contenderim*) leviter remissa, *h. e. aliquantum retorta versus superiora. Porro* pinnam, *sive* spina *est*, *intelligo septum illud narium, quod Polluce auctore 2, 79, κίων, διάφραγμα, στυλὶς item appellatur, cujus levi reflexione, s. remissione patulas magis fieri nares, & simulum totum nasum, apertum est. Fundum hujus interpretationis habeo Florentinum Geop. 17, 2, qui Varronem interpretatus videtur, ita plane cum eo convenit: Δαμάλεις ἐκλεκτέον εὐπαγεῖς, τοῖς σώμασι περιμήκεις, εὐμεγέθεις, εὐκέρωτας, πλατυμετώπους, μελανοφθάλμους, γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ἐνσίμους, μὴ κυρτὰς, ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας. Hic dubium non est, quin κυρταὶ ῥῖνες sint gibberæ, & ἀνεπτυγμέναι apertæ. Quomodo*

apertæ sint, pluribus verbis Varro declarat, quod Græca felicitas uno satis explicat. Nihil fere dubitarem de lectione, quam proposui, modo illum vel pinnæ *vel* spinæ *intellectum invenire apud alium daretur.* Gibberæ gallinæ, Varr. 3, 9.

Γίγαρτα uvæ excrementa, Pall. 12, 20. *Legitur hoc verbum bis Geop. 9, 25. ubi Cornarius reddit* vinacea, *quamvis appareat ex his Palladii verbis* γίγαρτα *plura & majora esse excrementa, quam sola vinacea. Schættg.*

Gilbus color equi, Pall. 4, 13.

Gingivas tumentes aperire nituntur denticuli, Pall. 1, 28. gingivæ loculamenta dentium, Veg. 2, 32.

Gingivula in oculi osse, Veg. 2, 22.

Gisni, Veg. 3, 2. 4, 8. *Quid si* γίζις *sit, cassiæ species apud Dioscor. 1, 12. Platnerus suspicatur compositionem fuisse pastillorum hodie incognitam. Fatetur sibi aquam hærere Morgag. IV, 27.*

Git semen, Col. 6, 34. *vel* Gith, Pall. 10, 13. Melanthium, Nigellam *etiam dici, quin piper olim ita vocatum, observat Rhodius ad Scribon. c. 69, p. 128.*

Glaber. Glabrum si quem facere velis, Varr. 1, 2. glabrum pecus, Col. 7, 9. glabra fiunt colla, Col. 6, 14. Veg. 3, 4.

Glabrentia loca, Col. 2, 9. Glabrentia loca *dicuntur quasi calventia, quæ &* glabreta *nuncupantur, sine stirpe, sine stipula, sine frondibus, ut hominis calvitium sine capillo est. Græci consimiliter loca nudata fruticibus* phalacras *vocant, a quibus* φαλακρὸς *dicitur calvus. Unde* phalacrocoraces *dicti corvi aquatici calvitio monstrabiles.* Calvescere *de arboribus quoque usurpatur. Infra ait Columella:* Sæpe novella castaneta calvescunt. Vinea calvata *dicitur Catoni, Plinioque, in qua raræ sunt vites. Beroald.*

Glabrescit area, Col. 2, 20.

Glabreta, Col. 2, 9.

Glabro. glabrantur sues, Col. 12, 53.

Glacialis regio, Col. 3, 1. flatus, Pall. 4, 11. glaciale cœlum, Col. 3, 1.

Glaciatus caseus, *coagulatus*, Col. 7, 8.

Gladiolus, *iris*, Pall. 1, 37. narcissi, Col. 9, 4.

Gladium conditum latet vagina, Varr. 1, 48. *Neutro genere ab antiquis* gladium *appellatum esse, Nonius docet, & exemplo Lucilii confirmat. Idem etiam Quinctilianus ostendit, cujus hæc sunt verba e primo libro:* Et gladia qui dixerunt,

Glocientes gallinæ, Col. 8, 5.
Glomerata corymbo, Col. 10, 237. *vid.* Corymb.
Glomerosæ apes, Col. 9, 3.
Glubit ramos oleæ durities digitalium, Varr. 1, 55. glubere salictum, Cat. 33. cum glubet materia, tempestiva est, Cat. 31. cum glubebit, Cat. 17. salictum glubito, Cat. 33.
Gluma, *folliculus grani, it. fici*, Varr. 1, 48.
Glus. glutis taurinæ semunc. Veg. 3, 66. 4, 14. *h. e. glutinis. Vid. Auson. Idyll. 12, 8, p. 489 Toll. Unde apparet, non esse opus emendatione Jo. Rhodii, qui in* glutinis *mutari vult Lex. Scribon. h. v.* Ταυρόκολλα *apud Diosc. 3, 101 vocatur, celebratur etiam ab Ægineta.*
Glutino. glutinare vitia tuborum, Pall. 9, 11. *ut glutinetur* vena, Veg. 3, 10. rupta, Veg. 3, 42. glutinare vulsis creditur, Veg. 3, 66.
Glutinosa terra, Col. 3, 11. potio, Veg. 3, 10. glutinosi cibi, Veg. 3, 42.
Glutus fiet locus, Cat. 45. Glutus *est tener, mollis & subactus, auctore Festo. Glossæ Isidori.* Glux, glutis, limus tenax. *Popma.*
Glycyrrhiza, glycyrridia *scribitur in Jens. & Polit.* Pall. 11, 14.
Gnarus vinitor, Col. 4, 25.
Gneci *vel* Cneci semen, *legendum pro* gneti, Col. 7, 8. *Sic & MS. San Germ.* Gr. *κνῆκος vel κνίκος, Plinio* cnicum. *nostris wilder Safran.*
Gnosius ardor Bacchi (exspectetur,) Col. 10, 52. *Per* ardorem Gnosium *intelligit ardentem coronam, quam Bacchus Ariadnæ Cretensi dono dedit: hoc est, exspectetur coronæ emersus, qui est in Octobri.* Corona existimatur Ariadnæ fuisse, a Libero Patre inter sidera collocata. Dicitur enim in insula Dia cum Ariadne Libero nuberet, hanc primam coronam muneri accepisse a Venere, cum omnes Dii in ejus nuptiis dona conferrent. Sed ut ait, qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit cogitans Ariadnen comprimere, hanc ei coronam muneri dedit, qua delectata non recusavit conditionem stupri. *Hæc Hyginus.* Gnosos *est oppidum Cretæ. Ovidius:* Illam Gnosiadesque Cydoniadesque juvencæ. *Idque dicitur ex imitatione Virgiliana:* Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ. *Manilius lib. 1:* Gnosia desertæ fulgent monumenta puellæ. *Nec de tota co-*

1, 6. ſub terris, Varr. 1, 57. ut diſtinguenda, Pall. 1, 19.

Granata mala, quæ Punica vocantur, Col. 12, 41. ut ſerventur, Col. 12, 44.

Granea triticea ut fiat, Cat. 86.

Granum in ſpica, quod eſt intimum ſolidum, Varr. 1, 48. rutilum & albidum, Col. 2, 9. grana interiora uvæ, *vinacea*, Pall. 3, 29. ſine his ut naſcatur uva, *ibid.* * granum marmoreum, Pall. 1, 15. *h. e. marmor non in pulverem levigatum, ſed majoribus granis & arenis aſperum, cui deinde ſubtilius corium impoſitum aſperitatem tollat.*

Gratia paſcui non exoleſcit, Col. 7, 3. gratiam refert ager, Col. 2, 2. reddit cum fœnore vinea, Col. 4, 3.

Gratuita contingunt examina, Col. 9, 8.

Gravari ruris cura, Col. 12, Præf.

non Gravate, Varr. 3, 2. *in petitione, ut noſtri unbeſchwert.*

Gravedinem creat pruinoſa herba, Col. 7, 3.

Gravis ære, Col. 10, 310. *Virg. Eclog. 1, 36:* Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat. Graviora quæ ſunt, ea diligentia leviora facere poſſumus, Varr. 1, 4. graviſſima opera, Col. 6, 2. * gravia loca, *inſalubria*, Varr. 1, 17. gravior ventus, Varr. 1, 12.

Gravitas cœli, Col. 1, 7.

Gregales equi, *eodem grege paſcentes*, Varr. 2, 7.

Gregarii paſtores, Col. 6, Præf.

Gregatim laborant pecora, Col. 6, 5.

Grex reparandus quotannis, Col. 7, 3. greges pavonum, Varr. 3, 6.

Groſſulos decutito, Col. 5, 10.

Groſſi ſubrubere incipiunt, Pall. 4, 10. ut ne cadant, Cat. 94. fici groſſos tenent, Cat. 94. groſſi ex caprifico, Pall. 4, 10.

Grumos in pratis diſſipare, Col. 2, 18.

Guarcenum Campaniæ, Col. 1, 5. Guarcenum *nemo, credo, facile dixerit, quid fuerit. Quid ſi legamus* Gauranum? *Plin. 3, 9* Gauranos montes *inter* Maſſicos Surrentinoſque *in Campania omnes collocat. De montanis ſermonem eſſe, apparet. Hæc ita ſcripſeram, cum poſtea deprehendi, ad editionem, quæ penes me eſt, Regienſem an. 1496, ab antiqua manu, neſcio qua, adſcriptum* Gauranum : *utrum ex conjectura, an ex libro, non habeo dicere. Meum fuit, cum fide illud indicare.*

Gulæ ſubtilitas, Col. 8, 16.

Gumen lacrimare, Pall. 12, 7. *MS.* gummine. *Sylb.* gumen pini frugiferi, Pall. 11, 14. *sed hic etiam V. L.*

Gumma effluit, Pall. 11, 12. *sed & hic variat lectio:* gummen, germen, gummi.

Gummatæ arbores, Pall. 11, 12.

Gummi liquida perluere, Col. 12, 50. crassa linerunt, Col. 12, 50. Commis *malit Rhodius ad Scrib. c. 72, p. 134. neque Græci aliter, puto, quam κόμμι. Sed in Plinii etiam MSS.* commin *sæpissime & constantissime invenisse se testatur Harduin. ad 13, 20, & alias.*

Gumminat prunus, Pall. 2, 15.

Gummitione una contenti, Col. 12, 50. gummitionem alteram non recipit, *ibid.*

Gurgures montes, Varr. 2, 1.

Gurgulio longior in hircis probatur, Varr. 2, 3. ne gurgulionem rumpas in vena secanda, Veg. 1, 22. * *pro* Curculione *etiam scribitur, ubi vide.*

Gustu panis bonitatem explorare, Col. 1, 8. * *pro sapore.* sint pretiosi saporis, velut Aminei, vel certe non procul ab eo gustu, Col 3, 7. gustus cujusque generis ut merus, non mixtus, condatur, Col. 3, 21. gustus nobilis pretiosusque fluit, Col. 3, 2. sordidus, vilis, Col. 3, 2. pretiosus, Col. 3, 2. magis aut minus probus, Col. 3, 2.

Gutta Armeniaca, *an* Ammoniaca? Veg. 3, 68. Armoniaca, Veg. 4. 14. guttæ storacis, Veg. 4, 14.

Guttatus color equi, Pall. 4, 13.

Guttonarii equi, *pro* Tottonariis, *qui parum abeunt a* cottonariis, Veg. 1, 56. 4, 6. *restituuntur a Salmasio ad Capitolini Maxim. c. 3, p. 13 b. Hack. Sunt autem* Trepidarii, *vel* Tripediarii, *minuto & celeri gressu quasi* guttatim *procedentes. Confert Gr. σακκάζειν & ὑποσακκίζειν, & laudat Glossas, ubi* Gutturnium *est βαθμὸς, προκοπή. Etiam* colatorii, *a* colandis *liquidis dicti illi videntur, qui tardiores & molliores adhuc, & Asturconico gradu ambulant.* Denique κάλπα, *qua Græci gradum tripedariorum appellant, nomen habet a κάλπῃ, vase,* gutturnio.

Guttur, *pro ingluvie avium, Kropf.* Col. 8, 5 & 7. gutteris exasperatio, Veg. 3, 66. *pro* gutturis.

Gymnasia urbana Græcorum, eorumque partes, Varr. 2, Præf. (*in*) Gymnasium dominum sequitur oleum, Varr. 1, 55.

Gypsata lagœna, Col. 12, 12. gypsatum vas, Col. 2, 10. 12, 16 & 41. Pall. 4, 10.

Gypso. gypsare vinum, Col. 12, 36. *i. e. lagœnas vel dolia vini. Moris enim erat, ut vasa gypso picarentur. Vid. Didymum Geop. 6, 18, & interpp. Petronii ad c. 34. Schœttg.* opercula, Col. 12, 10 & 39. lagœnam, Col. 12, 41.

Gypsum. gypso crasso linire opercula, Col. 12, 16 & 43. medicata vina, Pall. 11, 14. in sextarios VII musti heminam gypsi miscueris, Col. 12, 26. gypsi flos, Col. 12, 20 & 21. flore sicco uvas obruunt, Col. 12, 43.

Gyrabit se difficile equus, *convertet*, Veg. 2, 5.

Gyro parvo decurrere, Col. 10, 226. * gyris altis ablaqueare, Col. 5, 9. *vid.* Ablaqueatio.

H.

Habeo. cum eum numerum habet exclusum, Varr. 3, 5. vineam novellam ante brumam ablaqueatam habeto, Col. Arb. 10. pampinatam habeto, Col. Arb. 11. * habebis in solo opertam muriam, Col. 12, 6 & 12. habent oves triduo jejunas, Varr. 2, 11. habeantur tepide, Col. 8, 5. si minus pure habita est apis, Col. 9, 5.* habebit vitandum, Col. 11, 1. custodiendum, Col. 12, 3. illud præcipiendum habeo, Col. 2, 15. 12, 50.* habeo dicere, Col. 5, 8.* habendum canes paucos, Varr. 1, 21. * habere urbem, *habitare*, Varr. 3, 1. prædia, Varr. 1, 16.

Habilis arbori & jugo, Col. 3, 2.

Habitacula avium, Pall. 1, 23.

Habitatio ut delutetur, Cat. 128. habitationis mansiones ut constituendæ, Pall. 1, 9.

Habitus totius incrementum aufert educatio, Col. 7, 12. fœdi mulier, Col. 12. 1.

de Hædis, Varr. 2, 3. maximi & pulcherrimi fiunt in media Caprasia, Varr. 2, 3. ut alendi, Pall. 12, 13. * cœlestes, Varr. 2, 1 & 3. oriuntur, Col. 11, 2.

Halcyonii dies, Col. 11, 2.

Halec & acetum, Cat. 58. halecem *vel* allecem *etiam lego pro* alliccem, Veg. 2, 49.

Haleculæ tabentes, Col. 8, 17. hallecula tunsa, Col. 6, 8. allecula rivalis, Col. 8, 15..

Halesi Sicanii flores, Col. 10, 268. *Halesus fluvius & mons non longe ab Ætna, ubi Proserpina flores legit cum aliis virginibus.*

Halicastrum far, Col. 2, 6 & 9. *Isidor. 17, 3*: Alicastrum

simile est alicæ, pondere & bonitate præcipuum. *Quæ si vera est, ut videtur, etymologia, legendum potius* Alicastrum: *nisi etiam malis* halicam. *Vid.* Alicastrum.

Halitus septemtrionis eligendus, Pall. 8, 4. halitu caloris vivido, Col. 9, 13. malorum corrumpuntur acini, Col. 12, 43. solis torreri, Col. 4, 22.

Hallucinantem (*f. melius* alucin.) pastorem decipit fur, Col. 7, 3. *somniculosum, stupentem, incuriosum.* Allucinari *est errare,* allucinatio, *erratio. Cloatius docet,* lucum *dici tarditatem quandam animi, & stuporem, qui allucinantibus plerumque usu venit. M. Cicero inquit,* Epicurum in rebus naturalibus allucinari. *Beroald.*

Hamæ, Cat. 135. *Vasa aquaria, quæ & in usu quotidiano erant, & ad restinguenda incendia iisdem aqua ferebatur. Col. 10. 387,* aut habilem lymphis hamulam. *Plin. lib. 10, ep.* 42: Et alioquin nullus usquam in publico sipho, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. *Plura Budæus in Pandectas, & Turneb. 19, 33. Popma.*

Hamulam lymphis habilem, Col. 10, 387.

Hara suum, Varr. 2, 4. Col. 7, 9. Pall. 3, 26. anserum, Varr. 3, 10. Col. 8, 13 & 14. Pall. 1, 30.

Haris satio, Col. 10, 244. *Forte,* aris, *i. e.* aro & arisaro. *Sylb. Hæc non intelligo, sive* aris *legas, sive* haris; *nisi de ea radice agat, quæ* aron *vel* arum *dicitur, & officinis non est incognita.*

Harundo & Harundulatio, *vid.* Arund.

Haruspex, *vid.* Arusp.

Haud facile dixerim, Col. 11, 1.

Havena agrestis, Veg. 3, 15. *ita vulgo legitur pro* avena.

Hauriunt cibos integros pisces, Col. 8, 17. haurienda ubera agnis permittere, Pall. 12, 13.

Haustus profundi puteus, Col. 1, 5.

Hebetata humus torpet, Col. 3, 11.

Hebetes voluptate admissarii, Col. 6, 36.

Heleoselinon, *apii genus,* Pall. 5, 3.

Heliotropiorum natura, Varr. 1, 46. heliotropium vocamus intubum agreste, Veg. 3, 42.

Helle. Phryxi nec portitor Helles, Col. 10, 155. *hoc est, aries, qui Phryxum gestavit, sed Hellen pavidulam in mare dejecit, quod a casu puellæ Hellespontus vocatur; ideo h. l.* nec portitor Helles *dicitur, quod eam non transvexit. Pius.*

Helleboro nigro necantur mures, Pall. 1, 35.

Helops, *vid.* Ellops.

Helvenaciæ vites, Col. 3, 2. *vid. Harduin. ad Plin.* 14, 1.

Helvenaci generis palmites, Col. 5, 5.

Helveolum minusculum, Cat. 6. Varr. 1, 25. vinum ut fiat, Cat. 24. *a colore nomen habet, vulgo nunc* Blieckært. *est enim helvus color Catoni & Festo medius inter rufum & album, Columellae inter purpureum & nigrum. Similiter helvella olera a colore, quæ nos* Bastærdt. *Titinnius,* lenti calido helvella, rapula, rumices. *Popma.*

Helvolæ vites, Col. 3, 2. Bituricis fructuum opimitate respondent, Col. 3, 21. *vid.* Helvus.

Helvus. helvo colore boves, Varr. 2, 5. *ab hoc vocatæ* Helvolæ vites Col. 3, 2.

Hemisphærium, Varr. 3, 5.

Ἕνη καὶ νέα luna, Varr. 1, 37. *cf. Varr. de L. L. lib.* 5: Luna quod Græce olim dicta μήνη, unde illorum μῆνες: ab eo nostri menses, a mensibus intermenstrua dicta, quod putabant inter mensis senescentis extremos dies, & novam lunam esse diem, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt, ab eo, quod ea die potest videri extrema & prima luna. *Sic videtur legendus Varronis locus. Ursin.*

Heracleæ emporium, Varr. 2, 9.

Herba satis noxia, Col. 2, 12. herbarum conditura, Col. 12, 7 & 13. herba rubia, Veg. 3, 16. *inter adstringentia. nostris Rœte, Crap.* sanguinalis πολύγονον, Col. 6, 12.

Herbidi campi, Varr. 2, 1. Col. 6, 27. herbidæ segetes, Col. 1, 6.

Herbum, ervum, ὄροβος, Pall. 1, 24 & 34. *it.* 2, 8. *Jenso. ubi al.* ervum *it.* 3, 7. *ita* Veg. 2, 13.

Herculanæ ficus, Cat. 8.

Hercules aurea mala ex Africa in Græciam exportavit, Varr. 2, 1.

Herediolum, Col. 1, Præf.

Heredium, Varr. 1, 10.

Hesperia, Col. 1, 3.

Hesperidum mala, Varr. 2, 1.

Hesperus ore corrusco, Col. 10, 290. in ornithone, Varr. 3, 5.

Hetruriæ ager pinguis, Varr. 1, 9. boves, Col. 6, 1.

Ἑξάγωνον, Varr. 3, 16. Col. 5, 2.

Hexastichum hordeum, Col. 2, 9. *secale, ut vocant posteriores, esse suspicor, non hordeum aliquod. nam secale post tri-*

tum bonitate secundum locum tenet, deinde fragili culmo constat, ipsiusque grana ab inferiore tantum parte glumis excipiuntur, ut commemorat Colum. Ait enim: fragili culmo, & nulla vestitum palea, granum ejus celeriter decidit. *Adde, secale celerius ad maturitatem perduci, maturius, ne grana decidant, meti, semenque nullo negotio in area excuti, secale quoque segete macra larva reddi, quæ omnia hexasticho hordeo attribuit Columella. Quapropter, cum inter cereales stirpes nullum aliud plantæ genus habeamus, quod propius ad hoc hexastichum hordeum accedat, facile adducor, ut credam, id esse secale, quod una voce recentiores ignotum fuisse veteribus tradunt. Illud tamen prætereundum non est, secales spicas hexastichas nequaquam esse, quoniam intermedii ordines non explicantur. Sciendum quoque est, id, quod hac ætate* hordeum *appellatur, glumis arcte grana amplectentibus constare, quibus eadem per triturationem non evolvuntur, sed cum suis involucris a culmo discuti solent, & recondi, ac iisdem vestita seri. Cujus generis apud veteres far adoreum fuisse accepimus, de quo ita Col. c. 8 loquitur:* Magis apte tamen in hujusmodi agris adoreum, quam triticum, feritur; quoniam folliculum, quo continetur, firmum & durabilem adversus longioris temporis humorem habet. *Probatur etiam ex satione: farris, quoniam folliculis ipsius grana inclusa majus spatium occupant, major modus ad serendum exigitur, ut in hordeo nostrate contingit; at hordei hexastichi, cujus grana nuda sunt, minor. Asserit quippe Col.* quinque modios (*ejus*) jugerum occupare; at adorei modios novem, si est lætum solum; si mediocre, decem. *Ponted. Vid. Pall. 10, 4 & 11, 1. Illud video,* secalem *pariter cl. viri & hordeum hoc hexastichon convenire illi, quod κατ' ἐξοχὴν nostri* Korn *s.* Roggen *appellant.* Far adoreum *autem veterum non cum hordeo nostro,* Gerste, *sed cum eo, quem* Dünkel *vocant, qui habent, Franci & Suevi, convenire, apparet eo, quod flos est frumenti generum, & eo etiam, quem* Waitzen *vocant, qui* triticum, *credo, est veterum, candidior; tum quod folliculis & gluma non exuitur in trituratione, sed peculiari mola suspensis lapidibus, & vento per flabella immisso, iis liberatur, qui actus* das gerben *appellatur. vid.* Adoreum. *Ceterum non falsa forte vox est Conr. Heresbachii, docti hominis & boni ejusdem agricolæ, querentis l. 1, p. 102,* ne fruges quidem, quibus quotidie vescimur, suo certo nomine nobis appellare licere. *Vid. &* Far.

Hiascentes nuces, Cat. 172. *sic* dehiascent arbores, Cat. 42.

Hiberi solum mutarunt, Col. 1, 3. Hiberi *f.* Iberi, *Asiatica gens Ponti accola, quam cum* Persis ac Phœnicibus Celtisque ac Pœnis in Hispaniam venisse, Varro tradit *apud Plin. 3, 3. Iberiam Celtiberiamque inde dictam Hispaniam, apertum est.*

Hibernant greges in Apulia, Varr. 2, 2. hibernatum reducit furcillas, Varr. 1, 8.

Hibernus oriens, Col. 1, 6. hibernæ fici, Cat. 8. Col. 5, 10. hiberno servantur mella, Pall. 12, 8. *ut* verno.

Hic. hæ rei, Cat. 14. *Similiter vetustissimi scriptores* eæ *pro* ei, solæ *pro* soli, unæ *pro* uni. *Differit de hac veterum consuetudine in libro 6 accurate Priscianus. Victor.* Hoc aliter, Varr. 2, 3. *formula solemnis, qua in sententiis dicendis utebantur*, hoc aliter, hoc amplius, *cum alter alteri assentiebatur, & aliquid addebat, vel demebat, vel aliquo modo mutabat. Ursin.* Hi *antiquis opponuntur*, Varr. 1, 13. Hæc *ad ea, quæ præcedunt, refertur*, illa *ad ea, quæ sequuntur*, Col. 6, 35. 7, 5 & 13. Hæc *ad remotius*, illa *ad propinquius*, Col. 4, 27. *ita* Hic *ad remotius*, Col. 6, 20. Hæc *complectitur plura præcedentia*, Cat. 8. Hisdem diebus, Pall. 10, 13. *& perpetuo fere* hi *&* ii, his *&* iis, *&c. miscentur in MSS.*

Hiemales dies, Col. 11, 1. hiemalia loca, Pall. 1, 9.

Hiemat (*cœlum*) Col. 11, 2.

Hiematio, Varr. 3, 16.

Hiems quod initium, quot dies habeat, Varr. 1, 28. Col. 11, 2. bipartita, Col. 11, 2. placida, violenta, præfrigida, Pall. 11, 2. hieme quæ facienda, Cat. 37. Varr. 1, 34 & 37. demunt columbis cibum medium, Varr. 3, 7. hiemi, Col. 5, 9.

Hilaris vitis, Col. 3, 2. sagina admissarius, Col. 6, 27. hilares horti, Col. 10, 293.

Hilaritas diei, Col. 9, 14.

Hilarius pullulant vineæ, Col. 4, 27.

Hilaro. hilarat mansiones cursus solis, Pall. 1, 9.

Hinnus ex equo & asina nascitur, Varr. 2, 8. Col. 6, 37. *ita etiam Plin. 8, 69.*

Hio. hiat rimis, Col. 9, 8. hiant semina æstibus, Col. 2, 9.

Ἱππιατροὶ medici pecorum potissimum (*κατ' ἐξοχὴν*) appellati, Varr. 2, 7.

Ἵππιον Ἄργος, Varr. 2, 1. *vid.* Argos.

Hippocentaurum *festive videtur dixisse* Veg. 1, 46, *penem*

Homerus est Mæonius ille Deus, Col. 1, Præf.

Homo bulla, Varr. 1, 1. in homines singulos, Cat. 57. homines XVI, Cat. 11. homines, servi aut liberi, Varr. 1, 17.

Honesti animi in equo documenta, Col. 8, 29. * honesti omnibus partibus asini, Varr. 2, 6. honestior cultura ager, Varr. 1, 4. * honestum facito encytum, Cat. 80.

Horda *s.* forda, Varr. 2, 5.

Hordeacea pira, Col. 5, 10. hordearia *Plin. 15, 15, quod cum hordeo maturescant. Schœttg.*

Hordeum ubi serendum, Cat. 35. Col. 2, 9. ejus genera, Col. 2, 9. cantherinum, Col. 2, 11. Pall. 10, 4 & 8. 11, 1. Galaticum, Col. 2, 9. Pall. 2, 4. 3, 8. hexastichum, Col. 2, 9. maturum, Pall. 12, 1. hordeo puro aluntur equi, Col. 6, 30.

Hordiacalia, *festum.* Varr. 2, 5. *vid.* Forda.

Hornotinæ nuces, Cat. 17. plantæ, Col. Arb. 30. virgæ, Col. 5, 6. *sed utroque loco al.* annotinæ.

Horologium Athenis, Varr. 3, 5. *Salmasius ad Solin. c. 56, p. 881, opinatur, fortasse Varronem scripsisse* aurologium, *quia ille orbis ventorum, de quo Varro loquitur, revera fuit aurologium, unde librarii, rem non satis intelligentes, scripserunt* horologium. *Schœttg.*

si Horreat animal apertis dentibus, Veg. 2, 33. horrendi odoris, Pall. 1, 18. 12, 20.

Horreum, quo conferatur omne rusticum instrumentum, Col. 1, 6. Pall. 1, 19. *de vini cella, itemque supellectili servandæ*, Col. 12, 2. horreum pensile, Col. 12, 50.

Hortamen clamoris ac verberis timentes, Pall. 4, 11.

Hortensis lira, Col. 9, 4.

Q. Hortensius pavones primus posuit, Varr. 3, 6 & 13. ejus piscinæ, Varr. 3, 17.

Hortus ubi faciendus, Col. 10, 6. 11, 2. Pall. 1, 34. muniri ut debeat, Col. 11, 3. ut dividi, *ibid. Quod totum caput hortorum disciplinam habet.* Pall. 1, 34. quibus plantis conferendus in suburbano, Cat. 7. quando coli incipiat & quomodo, Pall. 4, 9. Col. 10, 35. quando pastinari, Pall. 10, 13. horti in collibus ut tractandi, Col. 10, 150. medicinæ hortorum, Col. 10, 337. Pall. 1, 35. * in hortos distinctæ vineæ, Col. 4, 18.

Hospite gemma, Pall. Insf. 33.

Hospitales aves tuas adhuc ructor, Varr. 3, 2.

Hydrophoba animalia, Veg. 3, 31. hydrophobos facit morſus canis rabidi, Veg. 3, 84.

Hydropicus bos, Veg. 3, 27.

Hydrops, Col. 7, 7. animalium, Veg. 3, 25.

Hymettus mons Atticæ; Col. 9, 2. Hymetti Actæi mella,, Col. 10, 386.

Ὑοσκύαμος, ejus ſemen, Col. 6, 38.

Ὑπηνέμια ova, Varr. 2, 1. *quaſi a vento concepta. Plin. H. N. 10, 80:* Irrita ova, quæ hypenemia diximus, aut mutua feminæ inter ſe libidinis imaginatione concipiunt, aut pulvere: nec columbæ tantum, ſed & gallinæ, perdices, pavones, anſeres, chenalopeces. Sunt autem ſterilia & minora, ac minus jucundi ſaporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari: qua de cauſa etiam zephyria appellantur. Hæc autem vere tantum. *Confer Ariſtotelem de generatione animalium 3, 1, & hiſt. animal. 5, 1. 6, 2. Ponted. Add. Hard. ad Plin. 8, 67. Cerda ad Virg. Ge. 2, 273, qui diligentiſſime collegit omnia.*

Hyperionis æſtu flagrans, Col. 10, 400.

Hypochyſis (*ita enim leg.* ὑπόχυσις) *ad verbum* ſuffuſio *oculi*, Veg. 2, 17. *eſt* ὑπόχυμα, *ut a Gorræo definitur. Sedes enim inter corneam & cryſtallinum.*

Hypocoriaſis, Veg. 2, 16. *vid.* Core.

Hipomelidum deſcriptio, ſatio, cultura, Pall. 13, 4. Hypomelis *quæ ſit, nemo, credo, docet. Tacent certe Plinius, Geoponici, tum barbari Creſcentius de commodis rerum rural. & Barthol. de Piſis, ac recentiores, Bruyerinus & Nonnius de re cibaria. Vix dubito, quin rectius ſit* Epimelis, *quam Dioſcorides 1, 170* meſpili genus *eſſe ait. Certe etiam Bauhinus in* Πίναξι *p. 454 ad* Meſpilum apii folio ſilveſtrem non ſpinoſam *ſ.* ſorbum torminalem *refert, cum ſubjicit,* Hypomelides Palladii quibuſdam. *Et tamen antiquum eſſe errorem, vel corruptionem oportet, ſi eadem eſt, quod mihi ſit probabile, de qua Iſidor. 17, 7.* Pomelida ſorbo ſimilis, mediocris arbor, & flore candidulo, dicta, quod dulcedine ſit ejus fructus, & acuto ſapore commixtus. *Add. Porta Villæ 3, 14.*

Ὑπομνήματα Boli Mendeſii, Col. 7, 5.

Ὗς, ſus, Varr. 2, 4.

Hyſſopites vinum, Col. 12, 35.

R U S T I C U M.

I.

I. S. *i. e. unum & semis. Al.* 15 *f.* XV. Cat. 18 *&* 150. *Sed nostris certe rationibus magis convenit* I. S.

Jacca, *crates, e qua fœnum carpunt equi*, Veg. 1, 56, *interprete Dufresnio.*

Jacche dulcis, Col. 10, 426. Jaccho potanti gratum, Col. 10, 235. multo madefactus, Col. 10, 305.

Jacentia animalia, (*de piscibus*) Col. 8, 17.

a Jacio *composita uno tantum* i *scribuntur in MS. Lips. Columell. ut* eicit, abicere *rel.*

Jactare ventilabris, Col. 2, 10. jactando ventilare oleam, Varr. 1, 55.

Jacturam pati, Col. 1, Præf. restituere, Col. 11, 1.

Jactus. jacta frumenta, Col. 2, 2.

Jaculatur Juppiter imbres, Col. 10, 329. quo ventilator eam jaculabitur, Col. 2, 10.

Jaculus. jaculi *funes*, Col. 6, 2. *ut* rete jaculum.

Jana, luna, Varr. 1, 37. *Macrob. Sat. 1, 9:* Pronuntiavit Nigidius, Apollinem Janum esse, Dianamque Janam; apposita *d* litera, quæ sæpius i literæ decoris causa apponitur. *Schœttg. vid. Scal. Emend. tempor. L. 2, p. 174.*

Janitor catenatus, Col. 1, Præf. *Janitores servi catenis erant ligati, ne noctu a custodia possent aufugere. Ovid. Am. 1, 6, 1:* Janitor (indignum) dura religate catena, Difficilem moto cardine pande forem. *Vid. Pignorium de Servis p. 447, 448; Titum Popmam de operis servorum p. 133, 134. Schœttg.*

Januarii mensis descriptio & opera, Col. 11, 2.

Janus. Jano strues commovetur, Cat. 134.

Ibericum mare, Col. 8, 16.

Ibero gurgite mersit, Col. 10, 295. Iberi solum mutarunt, Col. 1, 3.

Ibi *complectitur plures locos*, Cat. 9. ibi mittes, *pro* eo, Pall. 5, 8.

Ibiscus, althea, Pall. 11, 14.

Ἰχθυοτροφεῖα, *aquatilium animalium receptacula*, Col. 8, 1.

Icterici jumenti signa, Veg. 3, 56.

Ligna domino, Cat. 55. ne fumoſa ſint, & bene ardeant, Cat. 130. picata, Col. 11, 2. cremia, Col. 12, 9. *ſunt tenuiſſima & arida, a* cremando, *quia cremari facile poſſunt. Schœttg.* lignorum repoſitio, Pall. 1, 32.

Ligula cumulata ſalis, Col. 12, 21. *ita* Cochlear. * ligula purgandus fructus muſteus, *de melle*, Col. 9, 15. *vid.* Lingula.

Liguriæ armenta, Col. 3, 8. in Liguria conficitur pix Nemeturica, Col. 12, 24.

Liguriunt muſcæ, Varr. 3, 16.

Liguſtici uncia, Col. 12, 57. *vid.* Libyſticum. Leviſticum. Liguſticus ager montanus, Varr. 1, 18.

Liguſtro nigro, Col. 10, 300. *Quidquid arbuſculæ ſit liguſtrum, album certe eſt, quod evincunt loca a Lud. Cerda ad Virg. ecl. 2, 18 conducta. Itaque placet Parrhaſii correctio hujus loci a diligentiſſimo Cerda laudata*, niveo liguſtro.

Lilieta nova formare, Pall. 3, 21.

Liliorum ſatio, Pall. 3, 21.

Limax implicitus conchæ, Col. 10, 324. ne hortos infeſtet, Pall. 1, 35. limacis os, Veg. 1, 62. oſſiculam *vocat Plin. 29, 36. ubi laudat Harduinus Marcellum. Locus eſt T. 2, p. 252 h. H. Steph.* Limacis, *inquit*, calculum, quem in capite habet, tolle, quod non facile facies, niſi ei, dum in via repit, caput ſubito abſcideris.

Limbus XII ſignorum, *Zodiacus*, Varr. 2, 3.

Limes. limites lutoſi, *viæ*, Varr. 2, 4.

Limitatio terræ vinealis, Col. 3, 12.

Limito. limitare quæſtionem, Varr. 2, 2.

Limoſa aqua, Pall. 9, 9. regio, Col. 8, 16.

Limpidus, *vid.* Lympid.

Limpis Cypria, Veg. 2, 22.

Limus dyſentericæ paſſionis, Pall. 3, 31.

Linamenta pice imbuta, Col. 6, 11. ſale atque aceto, Col. 6, 12. Veg. 3, 4.

Linea, *h. e. funiculus*, Varr. 1, 23. Col. 3, 13 & 15. linea longa ligatus pes gallinæ, Col. 8, 11. * in eadem linea, *perpendiculari*, Col. 5, 6.

Lingua bubula, Cat. 40. lingua ſe deterget bos, Col. 6, 6. linguæ color in arietibus ſpectatur ob ſobolem, Varr. 2, 2. Pall. 8, 4. *vid.* Palpebræ. vitioſa incrementa in pecore ut curanda, Col. 6, 8.

Lingula torcularii, Cat. 18. ut facienda, Cat. 19. *add.* Cat. 84. lingulæ edolatæ, Col. 8, 11. *nostris Zapfen.*

Linimentum dolii, Pall. 11, 14.

Linio. linibis vas, *lines*, Pall. 3, 31. liniunt pomum creta figulari, Col. 12, 44. calcem latebris vermium, Pall. 4, 10. linire, Col. 4, 24. pice, Col. 6, 26. liniuntur adipe, Col. 6, 30. liniendæ aures, Col. 7, 13. *P. Burmannus ad Quinctil. decl. 13, 5, p. 277, verbum* linire *nos inferioris ævi & indoctis librariorum calamis debere putat, legendumque ubique* linere. *idem videtur Oudendorpio ad Suet. Othon. extr. Sed vid.* Allinio.

Lino. linunt, Col. 12, 16. liverunt gummi, Col. 12, 50. gypso linito, Col. 12, 16. liveris, Cat. 69.

Lintres, Cat. 11. *sunt vindemiæ usui, alias* naviæ *apud Festum, a similitudine nomen habent. Tur. 7, 231*

Linum agris noxium; & quomodo serendum, Col. 2, 10. lina exilia *laudantur* Pall. 3, 22. *add.* Pall. 11, 2.

Lipare, (*ita enim scribi debet, non* Lypare, *ut* Veg. 2, 14; *aut* lyppara 2, 60 *&* 3, 6; *aut* lipparia 4, 28) λιπαρὴ *intell.* ἔμπλαστρος. lenia *vocat Celsus 5, 19. sunt enim* ἀλίπαντα *quoque, de quibus idem Celsus 5, 19 pr. Recte igitur Ruellius* Lipara *posuit aliquoties Hippiat. 2, 122.*

Liquamen de piris, Pall. 3, 25. contra tussim, Veg. 3, 68. liquamina dulcia, Col. 9, 14.

Liquamentum, Veg. 3, 65.

Liquatus per colum, Col. 12, 38. liquatum acetum, Col. 12, 17.

Liquentium maxime alibile lac, Varr. 2, 11.

Liquidum & sine fæce vinum, Col. 12, 38. *vid. Barth. ad Claudian. Mamert. 1, 3, p. 275. Schœttg.* liquida vox, Pall. 1, 3. *clara & sine raucedine prolata.*

Liquiritiæ unc. 4, Veg. 4, 9. *verum est* glycyrrhizæ.

Liquo. liquatur mel & vinum qualo vel sacco, Col. 9, 15.

Liquor ovorum albus, Col. 6, 38.

Lira *in agro*, Col. 2, 4 *in fin.* Liram *vocat hic, quæ porca est, inter duos sulcos exstans terræ dorsum. Exsuccam & effœtam humum, non in porca, quæ siccior arati pars est, sed in sulco ipso seminari vult, ubi uligo residet, & pluvia aqua delabitur. Ergo porcæ sive liræ factæ, priusquam semen jactetur. Ergo & diversa liratio, qua terra ipsa aratro in liram redigebatur, ab ea liratione, qua semen in liris & porcis operiebatur. Salmas. Mirum,* liræ *vocabulo ita abusos veteres, ut nunc eminentem par-*

tem, nunc depressam notet; nunc cum porca, nunc cum sulco alias conveniat. Liram *interdum esse cavam partem, aperte indicat Col. 2, 8, ubi* patentes liras crebrosque sulcos aquarios *συνωνύμως conjurgit. add. Non. 1, 62, & vet. Gromat. apud Rigaltium p. 298. Rursus, eminere* liram *non hoc tantum loco significat, cui forte σεφὸν φάρμακον adhibere aliquis possit, & liram intelligere latiorem atque minus profundam, sulcum autem depressiorem angustioremque (vid. Col. 11, 2.) sed clarissime paulo ante hoc ipso cap. itemque 11, 3. Quid igitur? admittemusne intellectus unius vocis duos contrarios? Quidni.* Lira *est linea recta in arationibus, ea & in sulcis est & in dorsis sulcorum. Cum delirant rustici, & sulci & dorsa fiunt obliqua.* Lira in hortis quæ, Col. 11, 3. in liram redigi, Col. 2, 4. liræ patentes, Col. 2, 8.

Liratim seri, Col. 11, 3.

Lirare quid? Varr. 1, 29. *Vid. Isidor. Orig. 15, 15, & Salmas. ad Solin. p. 511 sq. Plin. 18, 20, pr.* Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro: & sato semine iteratio. Hæc quoque ubi consuetudo patitur crate dentata, vel tabula aratro annexa, quod vocant lirare, operiente semina, unde primum appellata deliratio. Lirantur jugera, Col. 11, 2.

Lis pro mercede reddita, Col. 1, 7. litem diducere, *dirimere*, Col. 3, 13.

sine Literis idoneus non est magister pastorum, Varr. 2, 10.

Lithostrota pavimenta, Varr. 3, 1 & 2.

Litus & ripa *synonima*, Col. 1, 5.

Livia ficus, Col. 10, 414. *Eaedem*

Livianæ fici, Col. 5, 10.

Lixivius, *vel* lixivus, *videtur nomen adjectivum fuisse initio, sub quo* aqua, mustum, oleum *posset intelligi.* Lixivia cineris sarmenti, *item* e fabæ culmis exustis, Col. 12, 16. cineris lixiviæ congius, Col. 12, 22. lixivia eluantur vasa, Col. 12, 50. lixiva *vet. ed. Sylb.* lixiviam eliquato, Col. 12, 22. quasi lixivum defluens oleum, Col. 12, 50. *al.* lixivium. lixivum oleum, Veg. 3, 13. lixivio maceranda semina, Pall. 12, 7. lexibo *al. add.* Pall. 2, 15. lixivium *an* lixivum mustum, Cat. 23. Col. 12, 27 & 36. *Plin. 14, 7 & 9* protropum, *οἶνος πρότροπος, observante Rhodio ad Scrib. cap. 74. p. 137.*

Locatio fundi frequens, malum, Col. 1, 7.

Loculamentum novum apibus præparare, Col. 9, 12.

loculamenta nidis faciendis, Col. 8, 8 & 9. dentium gingivæ, Veg. 2, 32.

Locularis resina, Pall. 3, 25. *Nescio quis primus in Fabriano Lexico exposuerit* in loco factam, *unde etiam in Calepinum demigrasse videtur. Mihi videbatur locus suspectus, augurabaturque animus* laricinam, *vel* larignam, *vel forte* laricalem resinam, *pici liquidæ convenientem, quod & ipsa* liquida semper manet, *docente Plinio* 24, 22.

Loculatæ arculæ, piscinæ, Varr. 3, 17.

Loculi, *arca loculata*, Pall. 4, 10. marmore, lapide, ligno, facti, unde equi hordeum edunt, Veg. 1, 56.

Locupletari celeriter ut possis, Col. 6, Præf.

Locus crassus, nebulosus, Cat. 6. loco natus pampinus, *int.* bono, Col. 5, 6 *bis*. loca æstivosa, Col. 5, 8. * naturalia, Col. 8, 7. genitalia, Col. 7, 3 & 7. feminæ, Col. 6, 27. * loci mulieris virosi ne fiant, Cat. 157.

Locustæ cibandis pullis utiles, Col. 8, 11. Pall. 1, 28 & 29. ut propulsentur, Pall. 1, 35.

Loliacia farina, Varr. 3, 9.

Loliarium cribrum, Col. 8, 5.

Lomentum ex faba &c. Pall. 11, 14. fabæ, Veg. 1, 56. subtilissimo lomento, *farina fabacea*, Veg. 3, 63. *add.* 2, 57. 4, 8.

Longanon intestinum, per quod stercus egeritur, Veg. 1, 42, 49, 50, 52. *rel.* longanonem porci pinguis salsum, Veg. 1, 56. 4, 8.

Longe. longius meare, Col. 9, 8.

Longicia, Veg. 4, 2.

Longinqui fundi, Col. 1, 7. longinquæ regionis pascua, Col. 7, 3. longinqua rura, Col. 1, 1. pascua, Col. 6, 27.

Longurios interjicere inter equas a præsepibus, Varr. 2, 7. longuriis per foramina palorum trajectis, Varr. 1, 14.

Longus pedum sex, Col. 5, 6. longas tribus pedibus, Pall. 1, 40. 2, 10. 3, 6. longa vitis, Col. 3, 2.

Loquuntur historiæ, Col. 1, 4.

Lora *quid & unde dicta*, Varr. 1, 54. optima ut fiat, Col. 12, 40. *de* loræ *generibus & usu Lindanus Sel. med.* 10, 199 *sq. vid. inprimis Dioscorid.* 5, 13. *Hard. ad Plin.* 4, 12.

Lorea, *pro* lora, Cat. 25.

Lorei funes, Cat. 3, 12, 63 & 135. lorea retinacula, Cat. 63.

Loricare solum granarii opere tectorio, Varr. 1, 57.

Lorum, lora, Cat. 135.

Lotium ejus, qui brassicam esitarit, quas vires accipiat, Cat. 157. facere, Cat. 127 & 156. difficilius si transeat, quo vino ciendum, Cat. 122. si ægre eat, & substillum sit, Cat. 156. suillum, Cat. 7. per anum emittit, Veg. 1, 46. lotii vapor salutaris, Veg. 2, 28. 3, 7.

Lotos, Col. 7, 9. loti Phrygiæ, Col. 10, 258. Lotus *arbor est Ægypti & Africæ, cum herba cognomine non confundenda. De utraque agit Theophr. hist. plant. 4, 4, & Plin. 13, 17 & 18. Videtur autem istius herbæ magnus in Phrygia fuisse proventus, unde a nostro* Phrygiæ loti. *Flos ejus lilio fere similis est, & conspicitur in imaguncula Harpocratis apud Cuperum in Harpocrate, Sponium Misc. p. 16, 17 f. Lomeierum Genial. dier. decad. 1. diss. 3, p. 114. Schœttg. De loto flore Ægyptio, omnium, ut solebat, industriam superavit Spanhemius de Usu & Præst. numis. Tom. 1, p. 301 sqq. Cæterum* Phrygiæ *epitheton ad arborem, seu potius ad tibias, ex ejus arboris cortice factas, melius videtur convenire. Ita certe Silius* loton Phrygiam & Mygdoniam *dixit 11, 432 & 8, 505. Sed hæc & plura de loto herba, flore, arbore, in Fabriano thesauro videri possunt, hic non repetenda.*

Lucanum vinum, Cat. 6. Varr. 1, 25.

Lucernæ craticulæ, Cat. 13. *in quibus ligna ardentia conjiciuntur quales etiam hodienum ad ædes videmus pensiles. Schœttg. Mihi in mentem venit has res separare, & legere primum* lacernas, *vestis partem, ad tegenda corpora seu vigilantium seu dormientium aptam, deinde* craticulas *intelligere* carnario *cognatas, in quibus servari cibaria possint, quibus perflante aere opus sit, sed cavendum a manibus prætereuntium, & a bestiarum rapacitate.*

Q. Lucienus, *collocutor*, Varr. 2, 5 & 7.

Lucifer eoo remeat ortu, Col. 10, 291. interdiu, noctu Hesperus in ornithone Varronis 3, 5.

Lucifugæ blattæ, Col. 9, 7.

Luciliano charactere libelli, Varr. 3, 2.

C. Lucilii Hipri mentio, Varr. 2, 1.

Lucrifecerunt hoc nomen, Varr. 3, 4.

sine Luctamine alterius generis vina melius servant sapores, Pall. 3, 9.

Lucubratione per hiemem quæ facienda, Cat. 37. Col. 11, 2. *Rustici duas habent lucubrationes, easque maxime noctibus hibernis: alteram* vespertinam, *alteram* matutinam, *quam antelucanam vocant: quia ante lucem evigilant. Litera-*

tis quoque consimiles sunt lucubrationes; magna tamen dissimilitudine disparatæ. Siquidem rustici lucubrantes rusticana opera efficiunt, & vilia, literati vero divina & immortalia: illi corpus, hi ingenium exercent; illi manus movent in cannabe, & ligno, & materia, hi inter chartas & calamos scriptorios sunt occupati, qua occupatione nihil honestius, nihil potest esse præstantius. Beroald.

Luculli Varro tutor, Col. 8, 16. villa, Varr. 1, 2. pessimo publico ædificata, Varr. 1, 13. Col. 1, 4. aviarium, Varr. 3, 2 & 3. piscinæ, Varr. 3, 2 & 3. M. Luculli, Varr. 3, 17. L. Luculli, Varr. 3, 17.

Lucus ut collucetur, Cat. 139.

Ludinorum insulæ, Varr. 3, 17. *vid.* Choreus.

Ludo. ne ludat vena, *forte*, ne eludat, Veg. 2, 40. *cf.* 1, 22. *ubi de eadem re agitur.*

Lumbrici medicina suibus, Col. 7, 9. * vino quo pellantur, Cat. 126. pecus si vexent, Col. 6, 25 & 30. *add.* Veg. 1, 44. *it.* 45 & 52.

Lumbus. a lumbis in vite habentur optima semina, Col. Arb. 3. *Membra hominis & partes ad alias quoque res decenti translatione transferuntur. Nam* montibus *poetæ persæpe dant* caput, humeros, pedes. *Nec Columella in* vitibus lumbos & humeros *indecenter appellat eas partes, quæ si vitem metiaris, ut hominem, obtinent vicem lumborum, & humerorum. Cum similiter Plinius dat* vitibus digitos, pollices, caput, crines, *alia quoque humani corporis membra. Idem tradit, ab humeris arborum surculos petendos esse ad insitionem. Beroald.*

Lumen, *h. e. pupilla, s. potius humor crystallinus.* Veg. 2, 16. * lumen animi, Col. 1, Præf. flaventia lumina calthæ, Col. 10, 97. loti gemmantia, Col. 10, 258.

Luna silenti, Cat. 29 & 50. Col. 2, 10. dimidiata, Cat. 37. extrema & prima ἔνη καὶ νέα, Varr. 1, 37. procedit, *crescit*, Pall. 7, 3. minuente, Pall. 3, 24. 7, 3. ab luna exorta ad novam, Varr. 3, 17. quadripartita, Varr. 1, 37. quarta decima, adhuc crescente lumine, Col. 2, 10. quinta decima, Col. 2, 10. vicesima quinta, Col. 2, 11. tricesima, quæ est fere nova, Col. 8, 11. * *Lunæ observatio maximam partem superstitiosa, certe inanis: derivata forte a divinitate ejus credita, de qua* Varr. 1, 1. *qui etiam generatim eam observari docet* 1, 37. *it.* 1, 7. *add. Plin. 18, 75. Gell. 20, 7. speciatim* * in stercorandis agris luna decrescente, Col. 2, 5 & 16. Pall. 10, 1. *item* hortis, Pall. 10, 13. & oleis, Pall. 3, 20. pratis autem, crescente, Col. 2, 15 & 18. *add.* Pall. 3,

2 & 10, 9. * in agris exſtirpandis, Col. 11, 2. Pall. 8, 1. * in ſerendo, Pall. 1, 8 & 34. lente, Col. 2, 10. Pall. 3, 4. vicia, Col. 2, 11. Pall. 2, 6. faba, Col. 2, 10. Pall. 12, 1. allio & ulpico, Col. 11, 3. Pall. 12, 6. in cepis, Pall. 3, 24. in carduis, Pall. 4, 9. * in inſerendis arboribus, Col. Arb. 26. Col. 5, 11. Pall. 3, 17. ſeminibus vitium pangendis, Col. Arb. 3. * in faba vellenda & condenda, Col. 2, 10. legendis uvis ollaribus, Col. 12, 43. malis citreis, Pall. 4, 10. cydoniis, Col. 12, 45. piris condendis, Pall. 3, 25. ſapa coquenda, Col. 12, 19. in lignis ad ædificia ſuccidendis, Col. 11, 2. cædenda materia ad fabricam, Pall. 2, 22. 12, 15. *conſ. Plin. 16, 74.* * in remedio vitium contra ſorices, Col. Arb. 15. ne remedium (*arboris*) luna deprehendat, Pall. 11, 12. * in ovis ſupponendis, Col. 8, 5 & 11. gallinis ſaginandis, Col. 8, 7. caſtrandis vitulis, Col. 6, 26. Pall. 6, 7. ſalſura carnis, Col. 12, 53. * luna plena turgeſcunt maria, Pall. 13, 6. decreſcente luna capillum tondens calvus fieri metuit, Varr. 1, 37.

Lunares dies ut diviſi, Varr. 1, 37. lunari ratione corruunt animalia, *tanquam eſſent lunatica*, Veg. 3, 33.

Lunaticus oculus quis? Veg. 2, 18.

Lunatum ferramentum, Col. 12, 54. lunatis cornibus, Pall. 4, 11.

Lupa, *nomen canis*, Col. 7, 12.

Lup[illegible]cus, Col. 10, 191.

Lupinarium labrum, Cat. 10 & 11.

Lupini laus ad agros, Col. 2, 10. ſatio, Cat. 34. Pall. 10, 5 & 9. ſtercoris vicem ſupplet, Col. 2, 16. 11, 2. Pall. 6, 4. agros ut fœcundos & ſteriles reddat, Pall. 1, 6. lupinum herbas perimit, Col. 2, 12. *add.* Pall. 2, 9. quando colligatur & quomodo ſervetur, Pall. 7, 3. lupini amari aqua adverſus locuſtas, Pall. 1, 35. * lupino madido ſociata radix, Col. 10, 115. *h. e.* lupulo, *ut vult Baccius de vinis L. 7, indice Rittershuſio.*

Lupinus *a*, *um*. lupini morſus vulnus, Veg. 3, 4.

Lupus. lupi morſus, Col. 6, 13. * lupus piſcis rapax varius & ſine macula, Col. 9, 17. fluvialis faſtiditus, Varr. 3, 3. Col. 8, 16. * Lupi, *ferræ manubriatæ*, Pall. 1, 43.

Lurco Aufidius, Varr. 3, 6.

Lurida rana, Varr. 1, 2. braſſica, Col. 10, 325.

prope Luſitaniam in Hiſpania, Varr. 1, 16. 2, 1.

Luſtratio populi Rom. Varr. 2, 1. Col. 2, 22.

Macer. Macri campi, Varr. 2, Præf. Col. 7, 2. Macra, ὁ Μάκρης *Straboni Liguriæ fluvius, ad quem Luna opp. de quo Plin. 3, 7 sq. vid. Casaub. ad Strab. p. 216.* macræ vineæ, Col. 8, 1. macræ boves facilius concipiunt, Varr. 2, 5. macerrimæ ſtirpes, Col. 3, 10. macerrimis vineis, Col. 8, 1.

Macereſcat bene, Cat. 92.

Maceriæ ut ædificentur, Cat. 15. quatuor generum, Varr. 1, 14. maceriis altis ſepta, Varr. 3, 5.

Macero. macerare in aquam, Cat. 156. macerat *arborem* ſitu & veterno muſcus, Col. 4, 24. macerare lupinum, vimina, virgas, Col. 1, 6. lacte ſemen, Col. 11, 3. macerantur ſole & pluvia ſcrobes, Col. Arb. 19. macerari aſſiduo liquore, Col. 1, 6.

Maceſcit olla, quæ vapulavit, Varr. 1, 55. maceſcunt apes propter laborem, Varr. 3, 16. maceſcentes boves melius concipere dicuntur Varr. 2, 1. *add.* 2, 5.

Macies ſoli, Col. 1, 4. lapidoſa auroſi pulveris, Pall. 1, 5. jejuna corticis, Pall. 4, 10. ſubita in pecore ut curetur, Col. 3, 4. maciei remedium, Col. 6, 38. ex macie exordium ſumit omnis ægritudo, Veg. 3, 1.

Macilentum ſolum, Pall. 4, 10.

Machina ruſtica, Col. 3, 13. equabus ad coitum adigendis, Col. 6, 37. jumentis curandis, Col. 6, 19.

Macreſcit pecus, Col. 6, 3. macreſcunt animalia, Veg. 1, 7. macreſcere facit volucres incluſas deſiderium, Varr. 3, 5.

Macritas ſoli, Pall. 11, 1.

Macte hac illace dape pollucenda eſto, Cat. 132. fercto eſto, Cat. 134. hoc porco eſto, Cat. 139.

Maculis grandibus rete, *i. e. foraminibus*, Varr. 3, 11. Col. 8, 15, *vid. Schœttg. ad Juvenc. 1, 433.*

Maculoſus color equi, Col. 6, 37. Pall. 4, 13.

Madeſcat celerius in coctura, *i. e. molleſcat*, Col. 11, 3. madeſcit cucumis, *molleſcit*, Col. 10, 398.

Mæandri more interciſa, Col. 8, 17.

Mælis & fælis, Varr. 3, 12.

Mælium *ſ.* millus, Varr. 2, 9. *De millis canum vid. quæ diſputantur a viris doctis ad Gratii Cyneg. 401 ſq.*

Mæna arida, Cat. 88. *vid. de hoc piſce Jo. Rhod. ad Scribon. cap. 71 pag. 132 ſq.*

Mænalius pater, Col. 10, 429. Mænalium Dryadum chori, Col. 10, 264.

Gaditanum. Sed nec absurdum fuerit legere maligno ligni vel culmi fumo, *h. e. parco, ut Martialis 10, 96*, tepet igne maligno Hic focus, ingenti lumine lucet ibi. *Nimirum* auget gratiam casei fumus, *quod Plinius idem docet 11, 97, & Martialis 13, 32. Eadem de re ICti l. 8 § 5 ff si servitus vindic.* (*8, 5*) Aristo Cerellio Vitali respondit, non putare se, ex taberna casearia fumum in superiora ædificia jure immitti posse *&c. & p. p.* eum, qui tabernam caseariam a Minturnensibus conduxit, a superiore prohiberi posse fumum immittere. Fumo *autem opus fuisse videtur ad eam rem* maligno, *aut levi flamma, ut Martialis de caseis Trebulanis:* Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, Sive levi flamma, sive domamur aqua.

Malitia terræ salsæ hibernis imbribus eluitur, Pall. 1, 6. arboris durante, Pall. 11, 8. viæ, Pall. 1, 6.

Malleatum spartum, Col. 12, 19.

Malleolaris virga, Col. Arb. 3.

Malleolus qui & unde dictus, Col. 3, 6. *Sic. Plin. 17, 35 :* Capitulatus utrinque e duro surculus: eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc *rel.* qualis & unde legendus, Col. 3, 6. quam longus, Col. 3, 19. ut resecandus, Col. 4, 11. ut demergendus, Col. 3, 18. Col. Arb. 3. *add.* Col. 3, 17. malleolos deponere, Col. 3, 3. pangere, *ibid.* ut transferendus, Col. 4, 15. ut pampinandus, Col. 4, 6. malleolum serere præstetne an viviradicem, Col. 3, 14.

Malleo cogatur ramus ad inferiora defigi, Pall. 4, 10.*

Malleus *generale nomen morborum sepiem*, Veg. 1, 2, 5 & 10. 3, 2. morbus exsecrabilis, Veg. 1, 17. ejus causæ, *ibid. etiam* boum, Veg. 3, 2. *add.* 3, 23. Malis, *idis, vocatur a Ruellio in versione Hippiatr.* Gr. *μάλις, εως.*

Mallo ceparum, Veg. 1, 63. *in Calepino sumitur pro tunica. Sed* Veg. 2, 60 mallonem *ipse interpretatur* calamos siccos, unde fasces dependent. *Et sane apud nos etiam* sertæ ceparum (*Raspeln*) stilis siccatis *inter se colligantur: & convenit cum significatione* cirrorum, comarum, *τοῦ μαλλοῦ.*

Maltha calidaria & frigidaria ut fiat, Pall. 1, 41. frigidaria, Pall. 1, 17. *Est etiam* maltha nativa, *de qua Plin. 2, 104. Schœttg.*

Malvæ satio & cultura, Pall. 3, 24. 11, 11.

Malum. genera malorum celebria, Col. 12, 45. *Occurrunt apud nostros, & suis locis indicantur*, Amerina, Cæsiana, Citrea, Cotonea *s.* Cydonia, *eaque* (Col. 5, 10.) Stru-

thea, Chrysomeliana, mustea: Matiana, Melimela, Orbiculata, Pelusiana, Persica, Præcoqua, Punica, Quiriniana, Scandiana, Sestiana *vel* Sextiana, Syriaca *an* Syrica? *conferri potest enumeratio Macrobiana Saturn. 2, 15.* quæ inprimis sint exquirenda, Col. 5, 10. semen malorum serito, Cat. 48. mala feramus, Pall. 3, 25. *add.* Col. Arb. 25. ut propagentur, Cat. 133. ut innoxia serventur, Cat. 7. Varr. 1, 59. Col. 12, 44 *sq.* in sole ut siccentur, Col. 12, 14. ut condiantur, Col. 12, 10 & 45. uvas halitu suo corrumpunt, Col. 12, 43. Vid. Μῆλα *s.* mela. * Mala granata *s.* Punica ut serantur & colantur, Col. 5, 10. Arb. 23. Pall. 4, 10. ut sine granis nascantur, Pall. 3, 29. uti magna fiant, Pall. 6, 6. 7, 5. ut serventur, Col. 12, 44. Pall. 4, 10. * Mala aurea Hesperidum, μῆλα *s.* oves, Varr. 2, 1. * Malum terrenum, Veg. 4, 13.

Malus bifera, Varr. 1, 7. ut inserenda, Varr. 1, 40. Pall. Inf. 78.

Mamilii, *an* Manilii, formula stipulandi capras, Varr. 2, 3. *vid. Cic. de Orat. 1, 58 extr. cum notis Gruteri.* actiones, Varr. 2, 5 & 7.

Mammillæ tenues fistulis impositæ in fontibus salientibus, Varr. 3, 14.

Mammosæ canes laudantur Varr. 2, 9.

Mammulæ pensiles sub rostris caprarum, Varr. 2, 3.

Mancipia ergastuli, Col. 1, 8. qualia, qualesque, qui eis præsunt, esse debeant, Varr. 1, 17. vilioribus pretiis venduntur, quam equi aut muli, Veg. Præf. mancipiorum modus, Varr. 1, 18.

Mando tibi Mani, Cat. 141. Manius *servile nomen hic esse putat Turnebus: Popma villicum accipit. Sed cum* L. Manlii nomine *utatur* ἀντωνυμικῶς *Cato c. 144, (cf. c. 152) quid si hic etiam haruspicem nobilem, aut sacerdotem intelligat* Manium, *cui paterfamilias lustrationem mandet?* mandare posteritati, Col. 6 Præf.

Mandere ex commodo, Col. 6, 2. mandunt scrofæ fœtus suos, Col. 7, 11.

Mandragoræ semihominis, Col. 10, 20. *Ita vocatur Mandragora, quia radix ejus inferiorem partem hominis repræsentat, crura scilicet & pedes. Schœttg.*

Manducato pane farcire, Varr. 2, 7.

Manduco *pro edo passim* Vegetius, *e. g.* 2, 6. 3, 55.

Mane obscuro, Col. 7, 12. a primo mane, Col. 11, 1. a mane & vespere, Varr. 3, 9.

Mania boum morbus, Veg. 3, 2.

Manicæ de pellibus, Pall. 1, 43. *Has, & quæ sunt*

Manicatæ pelles, Col. 1, 8. 11, 1. *intelligit Rhodius ad Scribon. pag. 53 eas chirothecas, quas nostri Müffe, Germani ad superiorem Rhenum Danubiumque Schlupffer, Belgæ* Moffæ, *Galli* Moufles *vocant.*

Manifestat, *h. e. docet*, Pall. 11, 12.

Manipuli de herba facti vehuntur in villam, Varr. 1, 49. manipulos obligare, Col. 11, 2. vincire, Col. 2, 19. nexos deferre maniplos, Col. 10, 315.

L. Manlii arbitratu, Cat. 144.

Manna croci, Veg. 2, 39. 3, 24. 4, 13. succari, Veg. 3, 23 & 28. *De hac videndus peculiaris Salmasii libellus, vel hyle potius Iatrica: quæ de altera* croci manna *plane, quantum observo, tacet. Notior est* manna turis, Veg. 3, 22. *i. e. fragmina minora corticis ramentis permixta, ut vult Garræus. Multa etiam de hac Salmas. l. c.*

Mano. manans aqua, Col. 1, 5. manantia loca, Col. 2, 9.

Mansiones æstivæ, Pall. 1, 9. hibernæ, æstivæ, vernæ, auctumnales, Pall. 1, 12.

Mansuefacti arietes feri, Col. 2, 7.

Mansuescere silvestria, *transitive*, Varr. 2, 1.

Mansueti erunt, Varr. 1, 20.

Manubriatæ ferrulæ, Pall. 1, 43.

Manubria ferramentorum optima, Col. 11, 2. bidentum, Col. 5, 10. manubrii foramen, Pall. 3, 17. crassitudine, Col. 5, 9. Pall. 4, 10.

Manus utraque quantum gestabit, Pall. 12, 22. *eine Gispel.* ad manus accedere consuescunt equuli, Varr. 2, 7. de manu dare, Col. 7, 9. manu pressus caseus, Col. 7, 8. manu datur aqua, Col. 9, 5. illata aqua, Col. 11, 3. sata silva, Varr. 3, 5. *sic* νησίδιον χειροποίητον *Geop. 14, 18. vid. Rigalt. & Gœs. in Ind. Agrar. Schœttg.* * Manus fraxineæ *s.* brachia, Pall. Ins. 60.

Marathrites vinum, Col. 12, 35.

Marcentia vino brachia, Col. 10, 428.

Marcescit languore capra, Col. 7, 7.

L. Marcius præfectus fabrum, Varr. 1, 2.

Mareoticæ vites, Col. 3, 2.

Margines lapidei in flumine, Varr. 3, 5. *Masculino genere a Varrone dici* marginem, *etiam annotavit Barth. 21, 1, p. 1013.*

Maſſulæ e farina conſperſa, Col. 12, 38. maſſulis ſalis admixtis, Col. 12, 48.

Maſtici optimi unciam, Pall. 11, 14. *Al. libri*, maſticis optimæ; *alii*, maſticis optimi.

Maſtichino oleo imbuta, Pall. 4, 9.

Matella, Cat. 10 & 11.

Matellio, Cat. 10 & 11.

Mateola adigere, Cat. 45 & 46. *Aut fuſtem eſſe putat* mateolam *Turneb. 11, 13, aut legendum* materiola, *h. e. ligneo fuſte : certe intelligendam* mateolam, *quaſi* materiola *eſſet, quod poſterius etiam probat in omiſſis Popma.* Mateolam *interpretatur Harduin. ad Plin. l. c. manubrium bipalii.*

Mater. ut matrem ſaliat, adigi non poteſt equus, Varr. 2, 7. * matres mellis apes, Varr. 2, 5. * *vitis vel arbor, unde virga propagatur*, Col. 3, 17. Arb. 7 & *al.*

Materia, *vel* materies, Cat. 17. *de lignis minoribus ad ridicas. Utitur hoc loco Gæſius in Ind. Agrar. contra Salmaſium. Sed is non diſſimulaverat, etiam minora ligna* materiæ *nomine comprehendi. Schœttg.* effodienda quando, Cat. 31 & 37. quando cædenda, Col. 11, 2. ad fabricam quando cædenda & quæ, Pall. 2, 22. 12, 15. 13, 2. *Etiam Ictis ad ædificiorum uſum refertur. vid. l. 62 & 67 π de V. S.* * materiæ magis aptum quoddam genus ſurculorum, Col. Arb. 1. *ubi & ignis alimentum & ædificiorum materia comprehenditur.* * materia in vite, quidquid ligneum eſt, Col. 3, 17. de materiæ ſubmittendæ longitudine, Col. 4, 24. materiis compluribus e ſingulis gemmis germinans vitis, Col. 3, 6. materias plures an pauciores in vite ſubmittas, Col. 3, 21. materiarum modus in vite qui eſſe debeat, Col. 4, 24. *add.* Col. Arb. 5. Pall. 6, 2. * *Specialiter* genus palmitis, quod de novello naſcitur, & in tenero alligatum dependet, materiam vocamus, Col. 5, 6. * Materies generoſa in equino pecore, Col. 6, 27. mularis, vulgaris, *ibid.* quod ex vetere materie naſcitur, *de ovibus*, Col. 7, 3. * Materia *pro* pure *dicta videtur* Veg. 1, 46.

Materina, Cat. 34. *Turneb. 21, 5 intelligit* terram duram, ſolidam, & prope ligneam *; obſervatque, fuiſſe, qui* macerinam *legere voluerint, h. e.* macram. *Mihi ſynonyma videntur* materina & rudeta, *ubi fuit* materies, & rudus ædificiorum.

Matiana mala, Col. 5, 10. 12, 45. *Laudat etiam Macrob. Sat. 2, 15. a* Matio *dicta auctore vult Plin. 15, 15. vid. Harduin. ad 12. 2. Iis delectabatur Domitianus apud Suetonium cap.*

dia civitate versetur, & mediæ urbis incola sit, quæ significatio plane convenit cum illo Horatiano carmine: Tu mediastinus tacita prece rura petebas. *Quidam* mediastinum *a* medio stando *vocari memorant: non pauci* mediastinos *tradunt dici vilissima quæque mancipia, qui abjectissima quæque officia tam in agro, quam in urbe inter servos peragunt, ut omnibus pareant, nullius imperium detrectantes, quasi in medio, ac propatulo ad omnium domesticorum jussa præsto sint. De mediastinis Nonius, Porphyrio, Priscianus. Ego, re sollerter curioseque perpensa, video apud Columellam* mediastinos *proprie intelligi eos* operarios, *qui in studio agricolationis versantur, quales sunt occatores, sarritores, runcatores, messores: hoc signat ipse Columella, scribens in secundo,* posse ducentorum agrum jugerum subigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, & sex mediastinis. *Nam præter bubulcos mediastini sex, qui alii intelligi possunt, quam hi, qui reliqua opera præter arationem in agricolatione conficiunt, ut est sarrire, runcare, occare, metere, & cetera hoc genus? sunt autem quasi hi in medio aratorum & vinitorum consistentes. Beroaldus.*

Medica herba. ejus satio, Varr. 1, 42. Pall. 3, 6. laus, Col. 2, 11. Pall. 5, 1. *vid. Salmas. ad Solin. cap. 21, p. 172. Bochart. Hierozoic. 1, 2, 31. Schættg.*

Medicabilis ligni succus, Col. 7, 10. medicabile ita fieri mel, Pall. 2, 15.

Medicabiliter asperat, Pall. 3, 31.

Medicamen, Col. 6, 5. de coagulo casei, Col. 7, 8. theriacæ, Pall. 3, 28. medicaminis sapor vitiatur, Col. 12, 20.

Medicamentosior brassica, Cat. 157.

Medicamentum in dolium indere, Cat. 39. *Ita* Col. 12, 20 medicamen & medicamentum *de iis rebus dicuntur, quæ adjiciuntur defruto, ut ætatem ferat.*

Medicatus cibus, Col. 9, 13. medicatis seminibus nihil nocet eruca, Col. 11, 3.

Medicina pecoris scientiam requirit, Col. 11, 1. medicinæ pecudum ab Epicharmo conscriptæ, Col. 7, 3. medicinæ partes tres, Varr. 2, 1.

Medico. medicare aquam thymo pinsito, Col. 11, 3. semina sedi succo, Col. 11, 3. medicemus oves tonsas hoc unguine, Pall. 6, 8. medicatur aqua exigua amurcæ portione, Col. 6, 4. ut medicentur galbani odore apes, Col. 9, 13.

Medicus. Medici galli, Varr. 3, 9. *In antiquis libris* Melici, *corrupte: quem errorem in suæ etiam ætatis imperitis hominibus refellit Columella. cum enim & ipse de diversis generibus gallinarum ageret, inquit*, Et Medicum, quod ab imperito vulgo, litera mutata, Melicum appellatur. *Hoc etiam ante illum fecerat Varro. nam infra & ipse falso gallinas ita appellatas ostendit. Sex. tamen Pompejus multitudinis consuetudinem non contemsit, & verbum id suo loco agnovit.* Melicæ, *inquit*, gallinæ, quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, L litera pro D substituta. Quemadmodum etiam in Gallia nunc cisalpina Melica pro Medica appellatur, qua ad boves saginandos utuntur: unde etiam apud nos id genus frugis Sagina appellatum est. *Aliam tamen ab hac Medicam veterum fuisse, manifestum est. nomen tantum ipsius in Italia conservatum, ipsa periit: & id etiam aliæ frugi attributum, quæ & nova in hac terra est, & defectum illius supplet. non tamen omni pecori, cui antiqua, utilis est. nam equi etiam illa alebantur, ut Aristophanes Equitibus ostendit: cum enim equos ipsorum laudaret, inquit, alio genere cibi illos uti, ac ceteri equi faciant*, ἤσθιον δὲ παγούρους ἀντὶ πόας Μηδικῆς. *Victor. cf.* Col. 8, 2.

Medietas, *dimidia pars*, Pall. 1, 12. ad medietatem decoquere, Pall. 4, 10. usque ad medietatem, Pall. 6, 3. 7, 10.

Medio, *as.* mediante Junio, Pall. 4, 10.

Mediocres coronæ, Col. 6, 29.

Mediolanensium mos in vitibus & arboribus, Varr. 1, 8.

Mediponti, Cat. 3, & Meliponti, *ut* gallinæ Melicæ & Medicæ. *Erant in instrumento funario, &* Medi, *h. e. Xerxis*, pontem *imitabantur, quo Hellespontum ille conjunxerat. Crassissimi funes ad vehementissime premendum. Turneb. 8, 6. Libri veteres. quod probo magis, quam* Medipontos. *Sunt enim* Meliponti funes lorei crassissimi, qui prelum vehementissime deprimunt. unde illis nomen. contra Subductarii, qui per trochleas trajecti, adhibita succula, prælum subducunt & tollunt. *A. Popma. Dispungo*, medipontos privos. *Quod autem doctissimus vir Aus. Popma malle ait se* melipontos *ex libris veteribus, non probo. Primum nunquam vidi illos libros veteres, & mei Basil. & Coloniens. habent* medipontos. *Deinde* Melipontus & Medipontus *idem valent. Nam veteres* L & D *sæpe inter se commutabant, ut in* Impelimenta, Impedimenta. Fidius, Filius. Odor, Olor.

Delicare, Dedicare. *Quin etiam* R & D *commutabant.* Meridies, Medidies. *unde* Melidialis *hostia, quæ meridie immolabatur. Festus:* Medialem appellabant hostiam atram, quam meridie immolabant. *Lego*, Medidialem a. *Sic* Feretrius, Fedetrius. *In lege Numæ:* JOVEI. FEDETRIO. BOVEM. CAIDITO. *Sic* Lingua, Dingua. Lacrymæ, Dacrymæ. Novensiles, Novensides, *& similia. Meursius.*

Medius cibus, *dimidius*, Varr. 3, 7. medius occidit, *p. p.* totus apparet, Col. 11, 2. *vid. Barth.* 54, 10. *Sic* medium croci scrupulum, Pall. 2, 18. * *Sic* medium *substant. ut* medium scillæ, *scilla dimidia*, Varr. 2, 7. ad medium complere, Col. Arb. 4. * media sua fide, *interposita*, Pall. 11, 14. * in medio, *in publico, sub dio*, Pall. 13, 5. * media, *remedia, medicamenta*, Pall. 11, 14.

ad Medullas pervenit nullum alimentum, Veg. 3, 55. * medulla vitis, Col. 3, 18. tædæ pineæ, Veg. 4, 12. usque ad medullam recisæ arbores, Pall. 12, 15.

Mee, μῆ, *vox caprarum*, Varr. 2, 1.

Megarici bulbi, Cat. 8. Col. 10, 106.

Mejere, *mingere*, Col. 7, 5.

Mel quando & quomodo fiat, Col. 9, 15. Pall. 7, 7. mellis vires in condituris, Col. 12, 45. ejus natura coercet vitia, Col. 12, 45. discrimina, Varr. 3, 16. quod optimæ notæ? Col. 9, 4. Pall. 7, 7. mel acetum, Col. 12, 5. *vid.* Acet. Afrum, Veg. 1, 42. Atticum, Col. 6, 33. nemorense, villaticum, Col. 9, 4. rusticum, Pall. 1, 37. Siculum fert palmam, Varr. 3, 16.

Μῆλα, oves, & capræ, Varr. 2, 1. * Mela *pro* mala *semper fere MS. Leid. Palladii. v. g.* 3, 28.

Melanthia grata cumino, Col. 10, 245. *miminit etiam* Cat. 102. *est autem cumini species al.* gith.

Melanuri pisces, Col. 8, 16.

Melas colpos, μέλας κόλπος, Thraciæ, Varr. 2, 5.

Meleagrides, μελεαγρίδες, gallinæ, Varr. 3, 9. Col. 8, 2.

Meliacinus malagma, Veg. 3, 21. *N. L.*

Melicæ gallinæ, *pro* Medicæ, Varr. 3, 9. Col. 8, 2.

Meliceris, Veg. 2, 30. μελικηρὶς, *apostema humorem mellei coloris continens. vid. Gorræus.*

Melicratum (Mellicratum *fere scribitur)* Veg. 3, 15. *est mulsa recens & ex tempore parata, vel cruda, vel decocta:* hydromeli *autem reposita. Gorræus.*

Meliloti uncia una, Pall. 11, 14. Veg. 3, 6. *herba, quæ*

serta Campana *Romanis dicitur. vid. Plin. 21, 9, & Salmas. ad Solin. p. 687.*

Melimela, *mustea s. mulsea mala*, Varr. 1, 59. Col. 5, 10. 12, 45. *Isid. Orig. 17, 7:* Melimelum a dulcedine appellatum, quod fructus ejus mellis saporem habeat, vel quod in melle servetur: unde & quidam, Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle Ponantur, dices hæc melimela placent. *Schœttg.*

Μέλινον & μελίφυλλον *vel* μελισσόφυλλον, apiastrum, Varr. 3, 16. *Falsum ait Varronem, & qui eum secuti sunt, Cerda ad Georg. 4, 63.* Meliphyllum *esse, quæ* citrago *Latinis*, melissa *Gallis, Hispanis* torongil *dicatur.* Meliphylla, Col. 9, 8. *vid.* Melisph.

Meliponti, *vid.* Mediponti.

Melisphyllum, Pall. 1, 37.

Melissa in apem a Jove versa, Col. 9, 2.

Μελλισσῶνες, apiaria, apum cubilia, Col. 8, 1.

Μελισσόφυλλον, (μελισσόφιλον) apiastrum, Varr. 3, 16. Col. 9, 9.

Μελιτροφεῖα, *rectius fort.* μελιττοτροφεῖα, alvearia, Varr. 3, 16.

Μελιττὼν, alvearium, Varr. 3, 16.

Μελιττοῦργοι s. Melitturgi, Varr. 3, 16.

qui ut Melius, *sc. faciunt*, Varr. 2, 2. eo melius (*fuerit*) si *rel.* Varr. 2, 5.

Meliusculi coloris apes, Col. 9, 3. *Forte* melleusculi *legendum sit. Plinius certe in hoc argumento 11, 16* mellei coloris *regem vocat.*

Mella, Col. 12, 11. ea condiuntur olivæ, Col. 12, 47.

Mellarium, alvearium, Varr. 3, 16.

Mellarius, Varr. 3, 16.

Mellatio, Col. 11, 2.

Mellificium, Varr. 3, 16. mellificiis student apes, Col. 9, 13.

Mellifici saltus, Col. 9, 8. mellificum opus, Col. 9, 13. mellifica loca, Pall. 5, 8. Col. 9, 8.

Melliti favi, Varr. 3, 16.

Mellum, *i. e.* millus. *vid.* Mælium.

Melomeli, Col. 12, 45.

Melonum satio & cultura, Pall. 4, 9.

Melum *pro* malo *sæpe MS. Leid. Palladii.*

Membrana ovi sub testa, Veg. 3, 64. * membranam

menti ſanitatique reſtituere, *de equo rabioſo*, Veg. 2, 11. *nimirum* meninga *ita vocat*, *qua cerebrum involvitur*, *quam ſæpe Cælius ita appellat; etiam* mentem, *Acut.* 2, 9, 41.

Membranula quæ continet lumen, Veg. 2, 16.

Membratim enumerare, Varr. 1, 22.

Membrum. membris duobus genitalibus, *teſticulis*, Col. 7, 11. * membra, *pro partibus*, Col. 10, Præf. totius vineæ, *vites*, Pall. 1, 35. villæ varia tecta, Col. 1, 6. villæ, ruſtica vaſa, torcula *rel.* Varr. 3, 2.

Memorabiles auctores, Col. 1, 1.

Memoria tenaciſſima, Col. 1, 8. memoria tradit, Col. 1, 3. prodidit, Col. 1, 4. memoriæ traduntur neceſſaria, Col. 12, 57. memoriam meam refugiunt, Col. 12, 50.

e Menalippa filii Neptuni, Varr. 2, 5.

Menam Ticinium adduxiſſe tonſores Romam, Varr. 2, 11.

Menas *ſ.* Menates, *collocutor*, Varr. 2, 1. Menatis libertus, Varr. 2, 8.

Mens *pro* meninge, *vid.* Membrana.

Menſæ adhibeat fortiſſimum quemque, Col. 11, 1. de menſis inſtruendis ſcripſit C. Matius, Col. 12, 44.

quo Menſe quid faciendum, Col. 11, 2.

Menſores agrorum, Col. 5, 1.

Menſtruans mulier, Col. 11, 3. Pall. 1, 35.

Menſtruus curſus lunæ, Varr. 1, 5. menſtruum tempus, Varr. 1, 27. menſtrui officii monitio, Col. 11, 1. * menſtrua mulierum plantis exitialia, Col. 11, 3. quæ in menſtruis eſt, Col. 11, 3.

Menſuras agrorum inire, Col. 5, 3. menſurarum præcepta, Col. 5, 1. in menſuram quadratam conſtituta pars horti, Pall. 1, 37.

Mentæ ſatio & cultura, Col. 11, 3. Pall. 3, 24. ſerpentia gramina mentæ, Col. 10, 119.

Mentaſtrum ſilveſtre, Col. 11, 3.

Mentigo, paſtoribus oſtigo, *morbus ovium*, Col. 7, 5. *eam eſſe*, *quæ* mentagra *in hominibus vocatur*, *ſuſpicio eſt Beroaldi.*

Meo. foramen, quo meat urina, Col. 6, 30.

Mercatorem admittere tempore ſuo potius, quam celerius alieno, Varr. 3, 16.

ad Mercatum proficiſci, Varr. 2, Præf.

Mercenarii, Varr. 1, 17.

Mercor. mercari oves, Col. 7, 3. mercantibus tradere, Col. 7, 6.

Mercurialis herba, Cat. 158.

Mercurius in membris equi, Veg. 4, 2. *N. L.*

Merda bubula, Veg. 2, 8.

Meretricandi poteftas, Col. 11, 1. *Videtur legendum* meridiandi. *Urfin. Sed* meridiandi *poteftas negari vix poteft operis': optima lectio videtur Medicea* tricandi. Meretricandi *verbum barbarum & Guil. Britone dignum (1, 141, ubi plures, fed male Columellam, laudat Barthius) credo fratrem aliquem bonum fubftituiffe, qui melius, quid* meretricari *effet, intelligeret, quam quid* tricari? *Auxit fufpicionem illius, quod venereis amoribus præceffit.*

Merga. mergis fpicam legere, Col. 2, 21. Furculam *interpretatur Feftus*, qua acervi frugum fiunt. *Adhibet etiam in meffis mentione Plaut. Pœn. 5, 2, 58, & Rud. 3, 4, 58.* Mergites *vocare videtur Plin. 18, 72, i. e.* fafces culmorum merga collectorum.

Mergo. mergere farmenta paftinis, Pall. 1, 43.

Mergus in vite qui fit, & quomodo tractandus, Col. 4, 15. *Vide* Palladium 3, 16. mergus, propaginis curvatura, Pall. 3, 16. 12, 2. in provincialibus vineis, Col. 5, 5. mergum attrahere, Col. 4, 15. amputare, Col. 4, 15. mergis propagare veteres vineas, Col. 4, 2. propagata vinea, Col. 4, 22. mergis propagare falices, Col. 4, 30. *Ab hoc genere* mergi Agrarius mergus *dictus eft, de fententia Rigaltii ad Agrim. p. 226 extr. Pertinax Imperator apud Capitolin. c. 9. Sed in alia omnia eunt Cafaub. & Salmaf.*

Merica vitis, Col. 3, 2.

Meridianus æquinoctialis, Col. 1, 6. meridiano tempore, Varr. 1, 51. meridianis objecta partibus, Pall. 1, 20. meridiana orbis pars minus falubrior, quam feptemtrionalis, Varr. 1, 2.

Meritum admiffarii, *virtus, præftantia*, Pall. 4, 13. pro agri merito, Pall. 1, 8. pro ætatis merito, Pall. 4, 13. fecundi meriti ager, Pall. 1, 5. fequentis, arena, Pall. 1, 10. 4, 13. fecundi ac tertii meriti mella, Pall. 1, 37. *i. e. pretii. cf.* Pall. 3, 9.

Merulæ albæ, raræ aves, Varr. 3, 9. * merulæ pifces, Col. 8, 16 & 17. *Inter faxatiles etiam laudat Plin. 32, 11.* * L. Cornel. Merula *collocutor*, Varr. 3, 2.

Merus vere guftus, non mixtus, Col. 3, 21. mero Bacchi fpargere, Col. 10, 302. * meræ agnæ, *nondum ætatem agnorum egreffæ*, Varr. 2, 2. *noftri, ein pures Kind, in re fimili.*

Merx efcuienta, Col. 11, 3. mercibus exactis, Col. 10, 317. *vid.* Exact.

Mefpili fatio & cura, Pall. 4, 10. infitio, Pall. 3, 25. Inf. 69 & 105. ut ferventur mefpila, Pall. 4, 10.

Meffala orator, Col. 1, Præf.

Meffionis frum. tria genera, Varr. 1, 50.

Meffis unde dicta, & quot modis fiat, Varr. 1, 50. meffi præmittuntur facra, Cat. 134. quando & quomodo facienda, Col. 2, 21. Pall. 7, 2. meffim videt granarium, Varr. 3, 2. meffibus exactis, Col. 12, 10. meffes fex fingulis annis Medicæ, Pall. 5, 1.

Mefforem fœnifecam inducere, Col. 2, 18.

Mefforia opera, Col. 2, 13. mefforiæ falces, Pall. 1, 43.

Meffus. meffæ fpicæ, Varr. 1, 50.

Metas facere, Cat. 55. in metas exftructum fœnum, Col. 2, 19. meta inverfa, Col. 9, 15. * ad metas dirigere, Varr. 1, 4. *Vid. quæ de* meta *congeffit P. Angelius Bargæus de Obelifco ap. Græv. Thef. Tom. 4, p. 1908. Schœttg.*

Metalla in agro, Varr. 1, 2.

Metaphoræ Varronis exftantiores. vinea miniftrat acratophoro vinum, 1, 8. dominus furcillas e vinea reducit hibernatum in tecta, 1, 8. vinum in partu & alimonio non ut in calice quærit aquam, fed folem: itaque ideo e vinea in arbores afcendit, 1, 8. cohors fit miniftra fundo, 1, 13. *fic* quod horum inopiæ fubfidio mifit arundinetum, 1, 8. *vid.* quæro. colit ulmus aliquot corbulas uvarum, 1, 15. inftrumentum rufticum dividitur (*ex Grammatica*) in vocale, femivocale, & mutum 1, 17. quæ res quotidie videntur, minus metuunt furem, 1, 22. annus profpiciens, 1, 23. fructus videt in villa dolium ac modium, & prodit ad ufum, 1, 37. *add.* Pall. 1, 6. femina adulta concipiunt, prægnantia cum funt, pariunt, 1, 44. aere frigidiore ringuntur radices, 1, 45. herbæ rixantur ac celerius rumpuntur, quam fequuntur, 1, 47. oftia aperire muribus ac formicis, 1, 51. frumentum purum veniat ad corbem, 1, 52. uva defcendit de vite, 1, 54. defcendit in pifcinam, in amphoram picatam, 1, 54. olea per idem bivium redit in villam, 1, 55. prodit vinum, 1, 65. ad abjiciendum defcenfurum fe minitantur penfilia, 1, 68. Epirotici pecuarii athletæ, 2, 1. verres it retro, *h. e. deterior fit ad fœturam,* quoad perveniat ad lanium, 2, 4. ut omnia fequantur inftrumenta, *h. e. una afferantur*, 2, 10. villa videt fœnificia

Milvini pedis flos, Col. 12, 7. *eam herbam* cornu cervi repens *alio nomine dici suspicatur Ruellius 2, 64 & 134, referente Dodonæo 1, 4, 25.*

Mina ovis, Varr. 2, 2. *Turn. 6, 9 inde derivat, quia* minus *habet lanæ. vid. Scalig. & Muretus ad Plaut. Trucul. 3, 1, 9.*

Minaciter levare secures contra cœlum, Pall. 1, 35.

ad Minctionis oonamen se extendere, Veg. 1, 50. minctionem impedit pullinum stercus, Varr. 3, 15.

Mincturam & naturam simul dimittere, Veg. 1, 33.

Minerva Phidiaca, Col. 1, Præf. ejus est procuratio oliveti, Varr. 1, 1. caprini generis cur nihil ei immoletur, Varr. 1, 2. * Minerva subtilissima, pinguis, Col. 1, Præf.

Minerval, Varr. 3, 2.

Minime, *pro* minimum. vel minime novem, Col. 1, 6. minime bis anno, Col. 5, 9. tribus pedibus, Col. 5, 10. palmo, *ibid.* & Arb. 22. dies XXV, Col. 5, 10. duobus mensibus, Col. Arb. 16.

Minimum herbarum creat stercus asini, Col. 11, 3.

Ministerium lactis præbet pullo mater, Varr. 2, 8. simplex, duplex, triplex præbetur apibus ex diversis herbis, Varr. 3, 16.

Ministra fundo fit cohors, Varr. 1, 13.

Ministrare sumtibus multa poscentibus, Varr. 2, Præf. rigationem, Col. 11, 3. ministrant fructum spongiæ asparagi, Pall. 4, 9. vinum usibus, Pall. 11, 14. ministrat succum colibus sarmentum, Varr. 1, 31. * ut is quam commodissime ministretur, *de ægroto*, Col. 12, 1.

Minores quadrimis, Col. 6, 24. non minor quinque mensium agnus, Varr. 2, 2. ne sint minores trimæ, Varr. 2, 7. minores bimæ, Varr. 3, 6. * minoris, *minori pretio*, Col. 12, 3. * minus *vid. p. p.*

Minturnæ, Cat. 135.

Minucius Pica, Varr. 3, 2.

Minuere. minuunt quinta parte subjectis ignibus, *decoquunt.* Col. 7, 5. * *secare venam*, Veg. 1, 22. minuendus est sanguis de palato, Veg. 1, 16. *vid.* Minutio. * *intransitive.* aliis minuentibus, Veg. 1, 14. minuente luna, Pall. 3, 24. 7, 3.

Minus dimidio, Varr. 1, 22. minus XXV parte, Col. 5, 2. ne minus, Col. Arb. 1, 5 & 6. ne minus habeamus in centenas oves singulos homines, Varr. 2, 2. minus dena millia, Varr. 3, 2. ne minus triduum, Col. 12, 38. minus

quatuor millibus, Col. 3, 3. *cum relatione ad alium* numerum, *vid.* plus. minus multum & minus bonum, Varr. 1, 7. *nicht so viel, und nicht so gut.*

Minusculæ cupæ, Cat. 12.

Minutatim concidere, Col. 12, 57. confectum, Varr. 3, 10. Col. 8, 14. adjicere, Varr. 2, 17. assuefacere, Varr. 1, 20. desuefieri, Varr. 2, 9.

Minute concidere, Col. 12, 22 & 47. tritus sal, Col. 6, 17. molita lens, Col. 6, 10 & 31. minutissime commolere, Col. 12, 28.

Minutim concidere, Cat. 123. * ambulans equus, Veg. 1, 56. deambulare, Veg. 2, 53.

Minutio sanguinis, Veg. 1, 28. minutionis observantiæ, *h. e. venæ sectionis*, Veg. 1, 17.

Minutus. minuti rapi, Col. 12, 54. minutæ aves, Col. 8, 5.

Mirabilissima soboles, Col. 6, 36.

Miratur ficus se grandescere, Pall. Insit. 121 & 156.

Miscellæ vites, Cat. 6. Varr. 1, 25. uvæ, Varr. 1, 54. miscellas uvas ad vinum præliganeum legere, Cat. 23.

Miscere oletum, Cat. 61. * Misces *futuris adjunctum, quasi esset ex tertia conjugatione, sæpe apud* Vegetium. *ita* admisces, 3, 22 & 28. commisces, 3, 66 & 70. *rel. quin* commiscis, 3, 10 & 15.

Misera interdum fit coxa, Veg. 3, 18. *h. e. ægra.* miserior vinea, *macrior*, Pall. 9, 2.

Misy libra, Veg. 4, 16 & 19.

Mistio, *massa*, Pall. 1, 34.

Mistura, Col. 12, 10 & 57.

Mitescat labore asinus, Pall. 4, 14. mitescunt uvæ, Col. Arb. 8. sorba, Pall. 2, 15. *Vid.* Mitis.

Mitigata feritate, Col. 7, 2. mitigatum pecus ferum, Col. 8, 14.

Mitigaverit, *intransitive*, Veg. 1, 52. ad mitigandum canalem faucium, Veg. 3, 24. mitigare querimonias, Col. 1, Præf.

Mitis & mitescere, Varr. 1, 68 & *alias non maturitatem tantum significare videtur, sed aliquid ultra, quod in quibusdam pomorum generibus, piris v. g. mespilis, sorbis, inter maturitatem & putredinem medium est: nostri vocant* teig, *ut* teige Birne, teige Mispeln. *Id non solum Varronis hic locus indicare videtur, sed illæ etiam formulæ, ubi v. g. Plaut. Mil.*

5, 31, fustibus *aliquis* mitis *dicitur. qui Aul.* 3, 2, 8, mollis fustibus *est: item ubi* commitigari sandalio *caput Herculisco Thrasoni optat parasitus Ter. Eun.* 5, 7, 4. *quibus geminas antiquorum formulas habet Nonius* 4, 293. Mitem *esse* mollem, *etiam illa docent loca*, *ubi* mitigandi *verbum de* cibis coquendis *adhibetur*, *v. g. Cic. Nat. D.* 260. *conf. Lucret.* 5, 1101 *sq*.

Mitto. mittunt radiculas plantæ, Pall. 3, 20. mittis in linteo, Pall. 3, 31. in palmea fiscella, Pall. 4, 10. mittuntur in vasculo, Pall. 3, 25. *vid.* In: cui ad medium aqua mittatur, *in quam*, Pall. 4, 10.

Mobili manu, *suspensa*, & *sollerter*, Veg. 2, 13.

Modeste. modestius completa cochlearia, Pall. 11, 14. *add.* Pall. 12, 7. *Sic*

Modestæ rigationes, *modicæ*, Pall. 3, 25.

Modium salis unicuique in anno satis est, Cat. 58.

Q. Modius Equiculus, Varr. 2, 7.

Modius, Pall. 6, 4. *add.* 7, 2. *Est tertia pars jugeri, cujus mensura secundum Fragmenta Agrar. p.* 264 *est pedum LXXX in longitudine, & XL in latitudine. Verba ibi sunt*: Jugerum unum pedes CCXL long. & in latitudine ped. CXX faciunt terram modiorum III. *Schœttg.*

Modo nominatis provinciis, Col. 11, 2. * modo ut, *pro* dummodo, Col. 5, 6. * omnis materia, quæ modo potest præcipitari, Col. 4, 26. ulla regio, in qua modo frumenta gignantur, Col. 6, Præf.

Modulator cantus, Col. 1, Præf.

Modus & mensura rebus adhibenda, Col. 1, 3. modus in assumenda cultura tenendus, Pall. 1, 6. modus altitudinis & latitudinis bipedaneus, Col. 11, 3. modus fundi, *justa magnitudo*, Varr. 1, 11. modi, quibus metimur rura, Varr. 1, 10. modus amplus, Col. 11, 3. in eundum modum musti tantundem, Col. 12, 23. modum jugeri continens clivus, Col. Arb. 1. ad modum sextarii, *i. e. circiter sextarium*, Pall. 8, 9. modis æqualibus, Pall. 11, 14. *h. e. mensuris.* * bono modo, Cat. 5. *Formulæ solemnis vim habet, qua moderatio suadetur, & ἐπιείκεια quædam a summo rigore & contentione pro temporis & hominum ratione aliquid remittens.*

Mœstitia frigorum, Col. 7, 3.

Mœstitudinem novæ captivitatis consolari, Pall. 1, 26.

Molæ asinariæ, trusatiles, Hispanienses, Cat. 10 & 11. oleariæ e duro & aspero lapide, Varr. 1, 55. aquariæ,

Mordacitas ex melle germen nucum exstinguit, Pall. 2, 15.

Mordicus interfecit perorigam equus, Varr. 2, 7.

(Moretum) oxyporum, *vid. lemma antiquum* Col. 12, 57. *& convenit Virgilii vel cujuscunque* moreti *descriptio. vid. Scal. ad finem illius poematis.*

Moritur hordeum, si in lutoso spargatur, Pall. 1, 6.

Mors. mortibus & pœnis afficere, Col. 9, 11. mortem facere, *pro mortem afferre vel parere*, Col. 2, 2. *Magnis copiis hanc formulam defendit ad Ovid. in Ibin v. 148 Burmannus.*

Morsui venenato remedia, Col. 6, 13 & 17. ab angulo unde cœperit morsus, Veg. 4, 5. morsum claudere, Veg. 2, 33.

Mortarium ad farinam subigendam, Cat. 74. *fuisse hoc genus supellectilis planum, fundum certe planum ac latum habuisse, apparet ex* Col. 12, 55. *Hinc confirmatur observatio Jo. Rhodii ad Scrib. c. 111, p. 183*, res in pilo tusas, tritas in mortario: *quod Scribonii & aliorum auctoritate ait confici. Idem apparet ex locis, ubi ad alia ea vox transfertur, v. g. ad orbem cavum instar phialæ circa arborem*, Pall. 4, 8. *Ita* mortarium *est ille alveus, in quo calx cum arena vel marmore minuto subigitur apud Plin. 36, 55 & Vitr. 7, 3.* Mortarium in trapeto, Cat. 22. *& ipsum mediocriter excavatum videtur.*

Morticinæ oves, Varr. 2, 9. volucres, Varr. 3, 2.

Mortifer ictus, Col. 6, 17. spiritus, Pall. 9, 9. mortifera quadrupedi scabies, Col. 6, 32. * mortiferus, Veg. 3, 4.

Morus. mori sanguineo cruore, Col. 10, 402. mori satio & cultura, Col. 5, 10. insitio, Pall. Ins. 127. diamoron, Pall. 10, 16.

Movent se gemmæ, Col. 11, 2. movere gemmas & corticem, Col. 4, 29. alvum, Cat. 114.

Mox proposueram, Col. 3, 20. *de tempore proxime superiore.*

si Muceat vinum, Cat. 148.

Mucorem situ contrahunt penora, Col. 12, 4.

Mucosa proluvies, Col. 6, 7.

Mucro falcis, Col. 4, 25. * mucro magistri, Col. 10, 252. *stilus, graphium.*

Mucus. muci, Veg. 1, 3 & 10. mucorum qualitates convenit nosse, Veg. 2, 36. mucos per nares emittere desperatæ tympanitici bovis signum, Veg. 3, 27.

Munia sua exsequentur, Col. 11, 1.

Municipium Gadium, Col. 8, 16.

Munimen ad imbres, Col. 3, 15. hortorum, Pall. 3, 24.

Munimenta hortis exstruere, Col. 11, 3. lanarum conjunges, Veg. 2, 47.

Muniri viam, Cat. 2. munibis, Veg. 1, 10.

Munitionis genera plura, Pall. 1, 34.

Murænæ flutæ, Siculæ, Varr. 2, 6. *add.* Col. 8, 16. rabiei obnoxiæ, Col. 8, 17. *Muræna Liciniorum cognomen, Varr. 3, 3. Col. 8, 16.

Murex. murices, Cat. 135. *ita definivit in omissis Popma:* frena ferrata asperrima, & clavi eminentes in collaribus canum.

Murgentina vitis, Col. 3, 2. Murgentinum vinum, Cat. 6. *a* Murgentia *Siciliæne an Samnii?*

Muria dura, matura, cruda, Col. 12, 6. ea mustum ut condiatur, Col. 12, 25. in muria conduntur oleæ contusæ, Cat. 7. muria dura lavare alvum, Col. 6, 30. * *de vulgari sale*, Cat. 105. * muries, Cat. 88.

Murinus color in asinis vulgaris, Col. 6, 37. in equis, Pall. 4, 13.

Murra *pro* myrrha *fere semper apud* Vegetium, *e. g.* 1, 42.

Murrius *collocutor*, Varr. 2, 1, 3 & 8.

Murta nigra, Cat. 125.

Murteus color equi, Pall. 4, 13. murtea olea, Col. 5, 8. murteum vinum, Cat. 125. murteæ virgæ, Cat. 101. *vid.* Myrt.

Murtus conjugulus Cat. 8 & 133.

Murus, *pro* aggere, Varr. 1, 14.

Mus araneus, μυγαλῆ, Col. 6, 17. pestis venenata, Veg. 3, 82. *add.* 3, 4. & Col. 6, 17. mures agrestes s. rustici ut necentur, Pall. 1, 35. ne vineam lædant, Col. Arb. 15. ex hortis ut profligentur, Pall. 1, 5. mures parit humus, Varr. 1, 8. * muribus cæcis, *pro* cæciliis, Veg. 3, 77.

Musæ a poetis invocantur, Varr. 1, 1. Latiæ, Col. 1, Præf. Musis amica silentia, Col. 10, 222. Musa modulante, Col. 10, 228.

Muscæ ne vulnera infestent, Col. 6, 17 & 33. ne canum aures, Col. 7, 13.

Muscarium, *pars setosa in cauda equi*, *Ruellius ind. Hippiatr. Sed pro ipsa cauda* Veg. 4, 1, 2, 3 & 4.

Muscipulis opplere vineas, Varr. 1, 8.

Musco. muscantur arbores, *vid.* Emusc.

Muscosa prata, Varr. 1, 9.

Musculosa pectora, Col. 8, 2.

Musculorum tori, Col. 6, 29.

Muscus ruber, Cat. 6. musco obducta prata, Col. 2, 18. ad muscum necandum cinis, Col. 2, 18. Pall. 10, 10. muscus eradendus, Col. 4, 24. Pall. 3, 12. superponitur taleæ depactæ, Col. 11, 2. amputatis, Pall. 3, 18. *add.* Col. 4, 29. crura vitium devincta comprimit, Col. 4, 22. * muscus de vitice, Veg. 2, 47. * *an pro* pure Veg. 2, 48? *non puto: sed leg.* mucus.

Museum in villa, Varr. 3, 5.

Mustacei ut fiant, Cat. 121. Mustaceus *sive* mustaceum *est libi genus, quod fit e farina siliginea musto conspersa, & decoquitur suppositis lauri foliis. Unde natum proverbium,* lauream quærere in mustaceo, *id est, ex rebus minimis captare famam. Cic. ad Attic. 5, 20:* Cœpit laureolam in mustaceo quærere. *Juvenal. 6, 203:* Cœnam & mustacea perdas. *Popma. vid.* Mustei, *& Bodæus a Stapel ad Theophrast. hist. plant. 3, 11. Schœttg.*

Mustarii urcei, Cat. 11.

Mustelæ *vel* Mustellæ ut arceantur, Pall. 1, 24. mansuetæ in carduetis, Pall. 4, 9. * pisces, Col. 8, 17.

Musteus fructus, Col. 9, 15. mustei, mustacei, Col. 12, 33. Pall. 11, 21. mustea mala, Cat. 7. Varr. 1, 59. Col. 5, 10. *a celeritate mitescendi dicta eadem, quæ a sapore melimela, vult Plin. 15, 15.* pira, Cat. 7. *

Mustum toto anno ut duret, Cat. 120. ut semper dulce tanquam recens permaneat, Col. 12, 29. quibus condituris adjuvetur, Col. 12, 19. aqua marina s. muria conditur, Col. 12, 25. ut curetur si uva nimio imbre compluta, Pall. 11, 9 *it.* 14. ne animalis immortui odore vitietur, Col. 12, 31. lixivum (lixivium), Cat. 23. Col. 12, 27. circumcidaneum, Cat. 23. tortivum, *ibid.* Col. 12, 36. * *cum* vinum mustum *dixit* Cato 115, *adjective videtur accepisse.*

Mutica spica, Varr. 1, 48.

Mutilus aries, Col. 7, 3. caper, mutila capra, Col. 7, 6. *h. e. sine cornibus.*

Mutina, Col. 7, 2.

Muto. mutat grex dominum, *de plena venditione,* Varr. 2, 2. neque ab hoc, quod mutaret Cossinius, Varr. 2, 11. mutetur tegula, Cat. 155. mutentur ære, *vendantur,* Col.

7, 9. 8, 5. 9, 1. pretio, Pall. 8, 4. * hoc mutant, Varr. 2, 2. *i. e. differunt.*

Mutuli, Cat. 158. *Sic libri veteres, optime. Nam μυτύλοι voce Græca appellantur pisces mollis testæ, qui sponte naturæ in arenosis proveniunt, quorum jus alvum subducit. Similiter censeo scribendum* mytyli *vel* mutuli *apud Plin. 9, 51 & 32, 9. Popma.* * per parietem defixi, Col. 8, 9. columnis impositi, Varr. 3, 5. *vid. Philandr. ad Vitruv. 3, 2. Schœttg.*

Mutum instrumentum agri, Varr. 1, 17.

Μυγαλῆ, mus araneus, Col. 6, 17. Veg. 3, 4.

Myrappia pira, Col. 12, 10.

Myrrha Achaica, Col. 10, 173. *s.* Smyrnion, *quod Dodonæo est* hipposelinon, *officinis* Petroselinum Macedonicum: *sed Fuchsio* Ligusticum, *vulgo* Levisticum, *in quo illi contradicitur a Dodonæo.* Myrrha florentes horti Romani, Col. 3, 8. Troglodytis, Veg. 2, 22. *restituta etiam* 3, 70. secundaria, Veg. 4, 14.

Myrteolo crine virens, Col. 10, 238.

Myrtinum oleum, Pall. 2, 17.

Myrtites vinum, Col. 12, 38. myrtite, Pall. 2, 18. 3, 27 & 31. 13, 2.

Myrtus conjugulus albus, & niger, Cat. 8. ejus species tres, Cat. 133. genera duo, Col. 12, 38. seminaria, Pall. 3, 23. in baccis legendis quid observ. Col. 12, 38. ex baccis myrti oleum, Pall. 2, 17.

Mysia frugifera, Col. 3, 8. terra in ea densa, Col. 1, Præf.

Μῦθος de Actæone, Varr. 2, 9.

Myxa seri & inseri quando soleat, Pall. 3, 25. *Prunorum genus est in Syriæ Damasco monte nata, familiare Italiæ tempore Plinii, quem vide 13, 5. Ad lumbricos commendat ad Scribon. Rhodius p. 214. Add. Porta villæ 5, 22. Schœttg.*

N.

N. S. *i. e. numi singuli*, Cat. 14. *Sed forte leg.* IIS. *h. e. numi duo cum dimidio, qui est ipse sestertius.*

Nævia olea, Col. 5, 8. 12, 48.

Næviana pira, Col. 5, 10. 12, 10.

Nævius Pollio pede longior, quam quisquam longissimus, Col. 3, 8.

Nais formosa, Col. 10, 299.

ſi natura jumento excedit, Veg. 3, 9. natura, qua mingunt, Veg. 1, 61. 3, 15.

Naturali ſaxo, Col. 7, 6. naturalium rerum latebras ſcrutantes, *Phyſici*, Col. 9, 2. naturalia deſideria, Col. 6, 24 & 27. naturales exitus, Col. 6, 30. * naturalia, *naturales exitus*, præcludere, Col. 8, 5. loca naturalia, *eadem*, Col. 8, 7. * naturalia equæ, Col. 6, 27. capræ, Col. 7, 7.

Natus alius ager male, alius bene, Varr. 1, 6. male nata ſarmenta, Col. 4, 24. Pall. 3, 25. nati, *de agnis*, Pall. 8, 4. ne capra natum paſcat, Varr. 1, 2. natorum amore noxam trahit equa, Col. 6, 27.

Navalia avium, Varr. 3, 5.

Navigabile flumen, Col. 1, 2.

Nauſea ut diſcutiatur, Col. 6, 34. nauſeæ libido veniet, Cat. 156.

Nauſeantibus ſuibus remedium, Col. 7, 10.

Ne. utique ne minores, *pro* non, Varr. 2, 4. * quod ne, Col. 5, 11. * ne *ſeparatum & præpoſitum interrogat.* ne quid præteriiſſet, Varr. 2, 9. tentandi, ne quid heſterni habeant in gutture, Col. 8, 5. ne omne januas ſuas egrediatur examen, Pall. 1, 39. inſpicias, ne aliquam fracturam habeat, Veg. 2, 55. ne complurium generum? *MS. Lipſ.* Col. 3, 19. Dolia multa ne ſient Cat. 1. ac ne de iis aliqua ſignificetur, Col. 3, 7. *Cum videam, viris non indoctis inſolens videri, ut* ne *ſeparatim poſitum interrogationi ſerviat, adeo quidem, ut de emendandis illis auctorum locis cogitent, ubi ita ponitur, juvat uno loco proponere, quæ adhuc obſervavi ejus formæ exempla. Plautus igitur Aul. prol. verſ. ult.* Credo aurum inſpicere vult, ne ſurreptum ſiet, *h. e. ſitne ſurreptum. Id. Capt. 1, 2, 24:* Viſam, ne nocte hac quidpiam turbaverint, *h. e. turbaverintne. Id. Pſeud. 1, 2, 71:* Ne illi audeant id facere, *h. e. illine audeant. Terent. Andr. 4, 4, 45 ex fide caſtigatiſſimarum editionum, quam deſerere nobis non videbatur debuiſſe Bentlejus:* Audivi jam omnia. Ah ne tu omnia? *h. e. tune omnia audiſſes. Adjiciendum illud Cic. Tuſc. 5, 15:* Videamus, ne ut acervus ex ſui generis granis, ſic beata vita ex ſui ſimilibus partibus effici debeat? *itemque pro domo ſua ad Pontiff. c. 53 ex SCto,* ne id ſacrum eſſet? *Horat. Sat. 1, 2, 102, 103. Quinctil. 5, 7, 13 &c.*

Neapolis *Sardiniæ*, Pall. 4, 10. Sardiniæ *etiam alias meminit* 12, 15.

Nebulæ ut discutiantur, Pall. 1, 35. nebularum noctes, Pall. 1, 3.

Nebulosus ager, Cat. 6.

Nec dum, *nondum*, Pall. 4, 10. Col. 12, 55. nec non nihil est etiam, Col. 1, 3. nec minus, Col. 8, 4. 12, 47 & 51. nec non *concessivæ vim intendit* Varr. 1, 4. nec non etiam, *itemque*, Varr. 2, 1. 2, 10. 3, 16. *Sic* Et etiam. ut urina nec ubi consistat, Varr. 2, 2. *add.* Col. 2, 2.

Necessaria fœturæ, *utilis*, Pall. 8, 4.

contra Necessitatem, *pro vulgari illo*, in casu necessitatis, Pall. 1, 34. in qua necessitate, Veg. 2, 47. *ut nostri*, *in welcher Noth.* ex aliqua necessitate, *morbo*, Veg. 3, 4, 32 & 85.

Nefrendes porculi, Varr. 2, 4.

Negligit siccitates hortus, Pall. 1, 34.

Negotiosi agricolæ, Col. 9, 2.

Negotiatio pecuaria, Col. 8, 1.

Nemeturica pix, Col. 12, 20, 22 & 24. *ubi in Liguria confici traditur. Et sane inter Alpinos populos, in inscriptione tropæi Alpium Plin. 3, 24, commemorantur* NEMENTURICI: *ab his, puto, nomen, ut* Brutiæ, Naryciæ. *Diosc. 1, 92 laudat inter resinas* τὴν ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς Ἄλπεσι. Nementuricorum, *seu* Nemeturici *potius dicendi sunt, non habeo, qui præterea mentionem faciat.*

Nemorense mel, Col. 9, 4.

Nemorosus arboribus locus, Col. 2, 2.

Nepæ occasus, Col. 11, 2. frons exoritur, Col. 11, 2. nepa medius occidit, Col. 11, 2. spicula dira nepæ, Col. 10, 57. *recte de* scorpione *interpretatur Pius. ipse hoc ordo postulat.* cancrum *plane non significare, confirmat Bochartus Hieroz. 2, 4. Sed ad* cancrum *nimis aperte videtur pertinere Sammo. 199:* Viventisque nepæ sumatur lumen amicum, *h. e. oculus cancri.*

Nepeta silvestris, Col. 7, 5. 12, 7. *quæ*

Nepita, Veg. 1, 42. *vocant botanici* calamintham, (*quasi tu* pulchram mentham dicas) pulegii odore.

Nepotes in vite, *palmitum novi palmites*, Col. 4, 10 & 28. nepotum fructu gravida vitis, Col. 3, 6. nepotes fundere, enatos decerpere, adimere, Col. 4, 6. nepotibus liberare palmites, Col. 4, 24. orbandus pampinus, Col. 4, 29.

Neptuni filii e Menalippa, Varr. 2, 5. Neptunum clauserunt, Col. 8, 16. Neptuno non cedit de piscatu Lucullus, Varr. 3, 17.

Nequam hostus, Varr. 1, 24. *ex* Cat. 6. frugifero *oppon.* Col. 3, 10. * nequissima passio, Veg. 3, 23.

Neque non, Varr. 1, 9. neque non præterea, Varr. 2, 5. neque non etiam, Varr. 3, 3. vaso aheneo neque nucleis ad oleum non utatur, Cat. 6. neque adjuvant & mel consumunt, Varr. 3, 16. * neque satis factum est, *pro* non, Cat. 141. * neque, *pro* ne quidem, Col. 3, 21.

Neria olea, *vid.* Nævia.

Nerva Licinius, Varr. 2, 4.

Nervorum intentio signum cruditatis in bubus, Col. 6, 6.

Nescitur vis pruinarum, Pall. 11, 4, nesciat facere, Col. 11, 1. *h. e. ne faciat.*

Νησσοτροφεῖον, nessotropheum, Varr. 3, 11. Col. 8, 15.

Neutrum relativi relatum ad res. Varr. 1, 1: Rebus, quæ non arbitror pertinere *&c. Ita alias quoque Varro.* 2, 1, ex iis rebus, quæ inviolata ultro fert terra. *add.* 1, 31. 2, 2 *&* 9. 3, 3. de hoc ornithone, quod, 3, 5. *vid.* Res *&* Synesis. *Plura id genus dabit Perizon. ad Sanct. Minerv.* 2, 9, 4. 4, 4, 80 *&* 84. *itemque Cortius ad. Sall. Jug.* 41.

Nexu civium occupari, Col. 1, 3. *vid.* Civ.

Ni, *pro* ne *prohibendi.* Rem divinam ni faciat, Cat. 143. ni calvus fiam, Varr. 1, 37. *it.* 2, 1 *in quibusdam editt.*

Nidor deusti cimicis, Col. 6, 18. *de fœtore* animalis in oleum delapsi, Pall. 12, 20.

Nidus, *h. e. unius scrofæ progenies*, Col. 7, 9.

Niger Turranius, Varr. 2, Præf. *sed tamen* Niger in Turranii (*hortos ad villam*) abit, Varr. 2, 11.

Nigrantes oculi, Col. 8, 2. Pall. 4, 9. nigrantia cornua, Varr. 2, 5. Col. 6, 1.

Nigruerunt baccæ, Col. 12, 48.

Nihil agendo male agere discunt homines, Col. 11, 1. nihil enim aliud (*agitur*) quam objicitur esca, Col. 8, 9. nihil dubium est sæpius translatum esse, Col. 3, 14. 6, 18. nihil dubium est, quin, Col. 3, 9. 5, 3 *&* 5. 12, 2.

Nimbus arbore decussa pluens, Col. 10, 364.

Nimietati siccitatis debet aliquid humoris opponi, Pall. 4, 10. nimietatem sanguinis prohibet, Pall. 6, 7. nimietate pabuli lasciviunt, Col. 6, 24. inter omnes nimietates temperamentum tenere, Pall. 2, 13.

Nimius. nimia admodum ubertas, Col. 4, 21.

Nisi, *pro* sed. nisi tanquam allium, Cat. 48. *Ita* nisi prius

dato bibere, Cat. 89. *add.* Col. 2, 22. eadem omnia facito, nisi alio modo fingito, Cat. 77. nisi calicem pertusum cavum habeat, Cat. 81. ita, uti spiram, nisi sic fingito, Cat. 83. *Similiter Plautus Sticho*: Miror quid fiet, nisi ut periculum fiat: visam, quid velit. *Terent. Hecyra:* Quid egerint inter se, nondum etiam scio, nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc fiet. *Cic. lib. 13 Epist.* De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certe persuadeo, te talem virum nihil temere fecisse. *Popma.* * nisi si, Varr. 2, 9. Col. 2, 18. 4, 29 & 33. *Plura Heinf. ad Ovid. Her.* 4, 111.

Nitere, Cat. 1. *sanum, pinguem esse.*

Nitidare ferramenta detersa, Col. 12, 3.

Nitrata aqua, Col. 12, 55. Pall. 12, 1.

Nitrum caulibus adspersum virorem servat coctis, Col. 11, 3. Pall. 3, 24. *Hinc exiit illud epigrammatistæ:* Ne tibi pallentes moveant fastidia caules, Nitrata viridis brassica fiat aqua. *Plinius:* In coquenda brassica nitrum viriditatem custodit. *Apitius quoque inquit*, ut omne olus smaragdinum fiat, cum nitro coquatur. *Olus autem* smaragdinum *pro virenti positum est*, *a virore* smaragdi, *qua gemma nihil est viridius. Beroald.* Alexandrinum, Veg. 2, 28.* nitri *f.* nitrii *an* semen? Veg. 3, 59.

No. nandi velocitas, Col. 8, 15. nantes volucres, Varr. 1, 38. Col. 2, 15. nantium greges, Col. 8, 14. *h. e. anserum.* nantium visu sedatur dolor intestinorum, Col. 6, 7. Veg. 3, 3.

Nobilitat auster vites, Pall. 1, 6. *h. e. gustum illis nobilem conciliat.*

Nocenter armata gallorum crura, Col. 8, 2.

Noceo. nihil nocebitur ei nocturnis roribus, Col. 2, 10. * ne noceantur ova, Pall. 1, 30. *h. e. lædantur. Sic* noceri gelu, Pall. 1, 35. semina fabæ non noceri herbis, Pall. 12, 1. nullum fructum noceri, Pall. 1, 35. *ut quidem vult ex MS. Barthius.*

Noctu ponere castra, *h. e. pernoctare*, Varr. 3, 2.

Noctua suspenditur contra grandinem, Pall. 1, 35. noctuæ aucupium, Pall. 10, 12. cor remedium adversus formicas, Pall. 1, 35. *Eadem*

Nocturnæ volucres crucifixæ, Col. 10, 349. *Servat hunc morem nostra ætate Germania, ubi videas passim portis venatorum affixas passis alis vel nocturnas aves vel rapaces.*

Nodare vites, Cat. 32.

Nodosum corpus musculorum densitate, Pall. 4, 13.

Nodus vitis, *radices*, Pall. 4, 7. * *pro geniculo ponitur is, unde internodia dicuntur*, Col. 4, 29.

Nola ad Rufri maceriam, Cat, 135.

Nomades γαλακτοπόται, Col. 7, 2.

Nomen perdit vinum, Cat. 25. *i. e. cum bonitate famam quoque.* nomina multa Romanis ab utroque pecore imposita, Varr. 2, 1. nomina brevia imponenda canibus, & quæ sint usitata, Col. 7, 12. * nomen fœnerator cum debitore facit, Col. 3, 3. nomina vel optima non appellando fiunt mala, Col. 1, 7.

Nomenclationis aucupio studiosos demorari, Col. 3, 2.

Nomentana regio illustris, Col. 3, 3. Nomentanæ vites, Col. 3, 2.

Νομοφύλακες, *magistratus*, Col. 12, 3. *Postellus de Republica Athen. c. 6. Sigonius de Republ. Athen. 4, 3. Alias dicebantur* ἐπίσκοποι, *s. morum inspectores, de quibus vide Raphelium annot. ex Xenoph. ad 1 Petr. 2, 12. Schœttg.* Νομοφύλακας *vocare possis, quos sapienti consilio videmus in quibusdam civitatibus constitutos* Fiscalium *nomine, quorum illud princeps munus est, ut videant, pareaturne vel legibus vel edictis principis. Laudat Cicero Græcos, de Leg. 3, 20*, apud quos νομοφύλακες creantur: *nec* hi solum literas (*tabulas legum*) sed etiam facta hominum observabant, ad legesque revocabant.

Non nemo, Varr. 2, 11. non nihil, Col. 1, 3. non solum (*non*) Col. Arb. 18. non spernendus auctor, Col. 1, 1. si id non, Varr. 3, 11.

Noningenti, *nongenti*, Col. 5, 2.

Nonis modo diebus — reliquis septem, Varr. 2, Præf. ad Normam adstringat cervicem jumenti, Veg. 2, 40.

Normata ciconia, Col. 3, 13.

Nostra urina, *humana*, Col. 5, 9.

Nostrates gallinæ, Col. 8, 2. nostras ulmus, Col. 5, 6. nostratis cunilæ, Col. 9, 4.

Notam pecori pice liquida imponere, Col. 7, 9. * quæcunque vini nota, Col. 12, 19. huic notæ vini, Col. 12, 23. *opponitur* omne genus vindemiæ. vini nota parum firma, Col. 12, 37. optima, Col. 12, 19. diversæ notæ stirpes, Col. 3, 21. secundæ notæ vitis, Col. 3, 2. tertiæ vel quartæ, Col. 3, 20. tres aut quatuor notas conditurae totidem musti amphoris experietur, Col. 12, 21. nota gle-

chonites vini, Col. 12, 35. notæ myrteæ compositio, Col. 12, 38. *Sic* de conditura olivæ, Col. 12, 47. notæ viridis oleum, Col. 12, 50. primæ notæ (*pressuræ*) oleum, Col. 12, 50. secundæ notæ mel, Col. 9, 15. primæ notæ acerrimum acetum, Col. 12, 17. cujuscunque notæ caseum, Col. 12, 57. alterius notæ pisces, Col. 8, 17. saxatilis notæ, Col. 8, 17.

Nothi pulli, *e diversi generis parentibus nati*, Col. 8, 2.

Notitia. quæcunque in notitia sunt, Veg. 4, 28. notitia *quid sibi hic velit*, *notitiam equidem non habeo.*

Noto. notabimus candidis signis, Pall. 3, 9. notanda est atramento, Col. 8, 11.

Novacula decerpito summam cutem raporum, Col. 12, 54.

Novalis, ubi satum fuit ante, quam secunda aratione renovetur, Varr. 1, 29. in novali pabulum nascitur, Varr. 2, Præf. novale, *non aratum*, *graminosum*, Col. 6, Præf. novales mundæ, Pall. 2, 10. puras reddas loca pinguia, Pall. 1, 6. novalia culta, Col. 2, 2. *vid.* Restibilis.

Novelli juvenci, Varr. 1, 20. Col. 6, 1. novellæ vineæ, Varr. 1, 31. vites, Pall. 6, 2. 12, 2.

Novembris descriptio & opera, Col. 11, 2.

Novenarius numerus, Varr. 2, 1.

Novenæ partes, Varr. 2, 1.

Novissime *post* postremum, Pall. 12, 22.

Novus locus, Col. 11, 2. post novam pluviam serantur rapæ, *h. e. paulo post pluviam*, Pall. 9, 5. novum ver, Col. 1, 2. *incipiens.*

Nox. noctes nebularum, Pall. 1, 3. noctu *vid. suo loco.*

Noxæ dedere, Col. 1, Præf. noxam contrahere, Col. 6, 27. capere, Col. 6, 2. cepit in opere, Col. 11, 1. concipere nimio labore pressum, Col. 12, 3. *h. e. morbum.*

Nube nova seritur, Col. 10, 420. nubis imago speculo excepta eam fugat, & quomodo, Pall. 1, 35.

Nubifugo borea, Col. 10, 288.

Nubigenæ Phryxi, Col. 10, 155. Nubigenæ *interpretare, non, geniti ex nube*, *sed ex* Νεφέλης, (*matre Nephele*) *quæ Latine sonat* nubem. *Ex significatu dictionis Græcæ vox Latina composita. Hinc Ovidius* Helles Nepheleidos *dixit. Athamas filius Æoli*, *frater Crethei*, *genuit Phryxum & Hellen*, *ex Nephele uxore. Pius.*

to: *itemque*, Col. 2, 15. *Ita etiam Isidorus 17, 5 in ipsa definitione. Et possit sane alicui in mentem venire, an non* oblaqueare *sit verius. Significat enim* lacum circum *vel* versus *radices facere, quæ potius præpositionis* ob, *quam τῆς* ab, *vis est.* Oblaqu. *habent MSS.* Col. Arb. 5 *ter. it.* cap. 6 *aliquoties. it.* c. 10. *ubi etiam* lacusculi *mentio fit, a quo* oblaqueatio *dicta videtur. Denique* oblaqueatio *etiam est in Kalendar. Rustico Farnesiano* Menſ. Sept.

Oblectamenta deliciarum, Col. 8, 8.

Oblidere fœtus, Col. 7, 3.

Obligare manipulos, Col. 11, 2.

Oblinio. oblinire luto, Col. 12, 44. taleas, Col. 5, 9. vasa, Col. 12, 15.

Oblinitis vasis includere, Col. 12, 39. *vid.* Lino. Allino.

Oblino. obleverunt se visco accipitres, Varr. 3, 7. ne oblinantur septa capræ, virgultis oportet subſterni, Varr. 2, 3. *ita catulis cavet* Varr. 2, 9. *Hinc*

Oblita ora urceolorum, Col. 12, 16. *Sed*

Oblita nocendi Persica, Col. 10, 408.

Obluctari herbis pertinaciter, Col. 8, 14.

Obmovere, Cat. 141.

Obnoxia falcibus, *noxia*, Col. 2, 18. * obnoxia est vitis procellis, Col. 3, 1. *h. e. noxam ab illis sentit.*

Obolus, *pondus hippiatricum*, Veg. 3, 12.

Obriguit frigore, Col. 4, 32.

Obroboratio, Veg. 3, 85. *vid.* Robur, Roborosus.

Obrumpi rimis *verbum videtur non contemnendum in MS. Leid. pro* abrumpi, Pall. 1, 19. *quin etiam Varroni restitutum velim*, 3, 10, *ubi legitur*, abrumpunt collum.

Obruere, *serere*, Col. 11, 2 & 3. obruitur beta semine, Col. 11, 3. * obruit olivam oleum, Col. 12, 47.

Obscœnus cruor, Col. 10, 360. *de sanguine menstruo.*

Obsequium tentare, Col. 6, 27. obsequia feminæ sollicitat, Col. 6, 37. *venereum verbum.*

Obsequor. obsequitor bubulcis, Cat. 5. obsequentissima curæ mortalium Italia, Col. 3, 8.

Obserere campum octo modiis, Col. 2, 9. obseritur jugerum V modiis, Col. 2, 11.

Obseri virgultis, Varr. 1, 14. obserunt exitus ferarum ramices, Col. 9, 1.

ex Observatu, Varr. 2, 7.

Obsessus frutetis ager, Col. 3, 11.

Ocinum pabulum bubus, Cat. 27. *it.* 54. ocinum pabulum, & ocimum hortense unde dicta? Varr. 1, 31. Ocinus *ut* ταχινός. *Sed Græci etiam* ὤκιμος. Ocymum *esse pabuli genus*, ocinum *plantam odoratam*, *vult Bodæus ad Theophr. 7, 3, p. 75.* (*laudante etiam Burm. ad Samon. 441.*) Ocymum *pabulum*, *&* ozymum *plantam odoratam placet Pio ad Col. 10, 391. frustra, credo, ambo; certe contra Varronem. Herba odorata*, ὤκιμος *Græcis*, *vulgo* Basilioum. *Certe Dioscorides 2, 171*, ὤκιμον *suum scribit.*

Octingenarii greges, Varr. 2, 10.

Octobris descriptio & opera, Col. 11, 2.

Octogenaria fistula, Pall. 9, 12.

Octogenæ oves, Varr. 2, 10. jugera, Varr. 1, 19.

Octogesimus annus, Varr. 1, 1. octogesima pars, Pall. 11, 14.

Octoginta modios, Col. 11, 2. pondo, Col. 12, 51.

Octonaria fistula, Pall. 9, 12.

Octonos porcos, Varr. 2, 4. culleos, Col. 3, 3.

Oculati gemmis pluribus surculi, Pall. 4, 1.

Oculus. sub oculis domini esse, Col. 9, 5. oculi præsentis domini, Col. 3, 21. oculorum vitia in bubus ut curentur, Col. 6, 17. cicatrices ut sanentur, Col 6, 33. oculi tensi in morbo equorum, Veg. 1, 4. * oculis mentis velut acrioribus intueri, Col. 3, 8. * oculi conniventes *florum*, Col. 10, 259. * oculus gemmans, Col. 4, 24. oculi vitium fructuarii, Col. 3, 18. prorepentes digito decutiuntur, Col. 11, 2. oculis inseritur ficus. *Hi oculi supra terram. Jam* * *radicum etiam quarundam sunt* oculi. Oculos germinationis suæ aperit asparagus vulsus, Pall. 4, 9. *add.* Col. 11, 3. Pall. 3, 23. *ubi* gignendi oculos *vocat.* harundinis oculos disponito, Cat. 47. *Sic* Cat. 6. Varr. 1, 24. Col. 4, 32. *it.* Arb. 29. *Plin. 17, 33:* Seritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant.

Ocymum, Ocynum, *vid.* Ocimum.

Odoribus quibus condiri defrutum soleat, Col. 12, 20.

Odoramenta condiendis vinis, Col. 11, 2.

Odorat & colorat mella crocus, Col. 9, 4. * odorantur advenientem canes, Col. 7, 12.

Œnanthe, *in lemmate* Pall. 7, 11. *conditura mellis ex flore labruscæ, quæ & ipsa* Œnanthe *dicitur. vid. Geop. 5, 17, & ibi Needh. Plin. H. N. 23 pr. Salmas. de homon. hyl. Jatr. c. 29. Schœttg.*

9. laborans ut tractanda, Col. 11, 2. Pall. 4, 8. olearum seminaria, Pall. 11, 8. *Hucusque olea arbor est.* * *Pro bacca.* Genera octo, Cat. 6 & 7. genera X, Col. 5, 8. *conf.* Pall. 3, 18, & *Macrobius 2, 16. Nos apud nostros hæc nomina deprehendimus; loca ipsa sub suis cujusque literis indicavimus:* Albiceria, Algiana, Cercitis *vel* Circitis, Colminia *vel* Cominia *seu* Culminia *est*, *seu denique* Culminiana *vel* Colminiana. Licinia *vel* Liciniana, Luteola, Murtea, Nævia *al.* Neria, Orchitis *f.* Orchis *aut* Orchas *adeo*, Pausea *vel* Posea, Radiolus, Radius, Regia, Rhodia, Sabina, Sallentina, Sergia vel Sergiana, Conditiva, Cat. 6, *non peculiare & unum genus*, *sed quæcunque condiri servarique possunt*, *quod monuit etiam Turn. 25, 19. dilectus*, quæ optima, Col. Arb. 17. tempestivæ oleæ, & caducæ conduntur, Cat. 58. albæ ut condiantur, Cat. 117. ex alba olea acerbum fit oleum, Col. 11, 2. olea pendens venire qua lege solita, Cat. 146. ut legatur, Cat. 144. oleam cogere, stringere, verberare, Cat. 141. cogendæ oleæ quæ paranda, Cat. 31. *add.* 64. quomodo legenda, Varr. 1, 55. oleam faciundam locare, Cat. 145. olea esui ut condatur, Varr. 1, 60. promenda ut sit, Varr. 1, 66. ex olea fructus duplex, Varr. 1, 55.

Oleagineum seminarium uti fiat, Cat. 48. oleaginea semina, Varr. 1, 40. vitis, Col. 3, 12.

Oleaginæ taleæ, Cat. 45. oleagino colore, muco similis, Veg. 2, 17.

Olearis cellæ descriptio, Pall. 1, 20. taleæ novissima positio, Col. 11, 2.

Olearius modius, Cat. 144 & 146. olearii diligentes, peritissimi, Col. 12, 50. oleariæ rei quæ prospicienda, Cat. 3. cellæ quæ opus sint, Cat. 13. *add.* Col. 1, 6. 12, 50. olearia vasa, Col. 12, 50.

Oleastellus, Calabrica oliva, Col. 12, 49.

Oleaster, Col. 8, 10. infelix ne renascatur ex oliveto incenso, Pall. 5, 2. sterilis fœcundat olivas, Pall. Inf. 53.

Oleitas, Cat. 144. ubi facta est, Cat. 68. *utuntur eodem verbo Minut. Felix 17, 9, & Mamertinus in Grat. act. Juliani c. 22.*

Oletum, Cat. 1. quali agro conserendum, Cat. 6. ut instructum esse debeat, Cat. 3 & 10. Varr. 1, 18 & 22. oletum altissime miscere, Cat. 61. *vid.* Olivetum.

Oleum in tabulato an crescat, Cat. 64. Col. 12, 50. ut fiat, Col. 12, 50. Pall. 12, 17. ubi servetur melius, Pall.

12, 21. ut purgetur sordidum, Pall. 12, 19. rancidum ut curetur, Pall. 12, 21. ne animalis immortui odore vitietur, Pall. 12, 20. odoris horrendi ut emendetur, Pall. 12, 20. primum quando fiat, Pall. 12, 4. acerbum *s.* æstivum, viride, maturum, Col. 12, 50. acerbum & viride, Col. 11, 2. viride ut fiat, Cat. 65. Pall. 11, 10. majoris pretii est, Col. 12, 50. *Add. Plin. 13, 27. 23, 4. Suet. Cæsar. 53. quos laudat Rhod. ad Scrib. 244, p. 319.* oleum cibarium, Col. 12, 50 *&* 52. ad unguenta, Col. 12, 52. Chamæmeli, Pall. 7, 10. olei floris 3 unc. Veg. 4, 11. oleum gleucinum, Col. 12, 51. Hispanum, Pall. 8, 9. Liburnico simile, Pall. 12, 18. irinum, Veg. 3, 24. laurinum, Pall. 2, 19. 12, 5. lentiscinum, Pall. 2, 20. liliaceum, Pall. 7, 14. myrtinum, Pall. 2, 17. e lauro, myrto, lentisco, Pall. 13, 2. nardinum, Pall. 4, 9. ordinarium, *cibarium*, Col. 12, 50. Romanicum, Cat. 146. *vulgare interpretatur Turneb. 10, 18, ex olea caduca & matura.* rosaceum, Pall. 7, 15. Veg. 3, 45. *A* roseo *distinguit Fortun. Scacchus elæochrysm. c. 25, quod illud additis aromatibus componatur, hoc ex solis rosis ad solem. Verum subtilitati reclamare usum, ait Rhod. ad Scribon. 227, p. 303.* Sabinum, Pall. 4, 9. Venafrum præstantissimum, Varr. 1, 2. violaceum, Pall. 5, 6.

Olfacere labra lacte, *h. e. adspergere, & sapore illo quasi imbuere*, Varr. 2, 2. *quemadmodum contra* sapere *de odore adhibet Plaut. Pseud. 2, 4, 47:* Quid sapit? *Resp.* Hircum ab alis. *Quem locum jam contulimus cum Plin. 17, 5, ubi* crocum & terram sapiunt unguenta, *& contra* terra unguenta sapit, *idque pro* redolere *a se poni ipse docet Plinius, qui etiam 17, 36* olfactricem *vocat* vitem, *quæ* saporem inimicum raphani fugiat. *Quinctil. 3, 1, 4, locum Lucretii 1, 934, 4, 11, ita habet:* adspirant mellis dulci flavoque liquore, *pro vulgato* contingunt. *Illud quoque Gifanius testatur esse in libris quibusdam. Nolo hic populares meos laudare, in quos jocantur vicini, cum, eos quatuor tantum sensus habere, dicant, qui odoratorum florum fasciculum nominent eine Schmecke. Sed illud observasse non injucundum fuerit, etiam apud LXX* ὀσφρανθῆναι *de levi accessu fili ad ignem adhiberi.*

Olida bene vasa, Col. 12, 17. bene olidæ amphoræ, Col. 12, 38.

Olitor viridantibus hortis, Col. 10, 229. olitoris cura, Col. 11, 1.

Oliva plantari & legi a quibus debeat, Pall. 1, 6. condiri

quando & quomodo ſoleat, Pall. 12, 22. Col. 12, 47. varia, Col. 11, 2. nigra ut condiatur, Col. 12, 48 & 49. olivas conditui legere, Col. 2, 22.

Olivetum maritum, Col. 3, 11. oliveto ſeminarium ut paretur, Col. 5, 9. oliveta quando & quomodo inſtituantur, Pall. 3, 18. 11, 8. quando putanda, Cat. 44. ſtercoranda, Pall. 11, 8. quibus inſtructa eſſe debeant, Varr. 1, 22.

Olivitas, Col. 12, 47. olivitatibus largiſſimis exuberare, Col. 1, 1. olivitate curantur dolia, Col. 12, 50. ante olivitatem præparanda, Col. 12, 50. olivitas media initium Decembris, Col. 12, 50.

Ollæ bibulæ aut male coctæ, Col. 12, 43.

Ollares uvæ, *vid.* Uva.

Olus atriplicis, Col. 11, 3. oluſatrum, Col. 12, 7. oluſatri *genit. Scrib. 195. it. Plin. 19, 62. & 12, 34. ſed* oleris atri, Col. 11, 3. olus pullum, Col. 10, 123. * olus κατ' ἐξοχὴν, *braſſica*, Varr. 1, 16. * de rapis, Col. 2, 10. *ſive ipſas radices intelligas, ſ. viride inde enaſcens.* olera ne a beſtiolis infeſtentur, Pall. 1, 35. * oleris *dat. pl.* Cat. 149. *Sic* ſirpiculique olerorum *Lucilius*, *laudatus Scaligero ad* Varr. 2, 2.

Olympionicæ equæ, Col. 3, 9.

Olympus Deorum, Varr. 3, 16.

Olynthiæ fertilitas, Varr. 1, 44.

Olyſippo oppidum Hiſpaniæ, Varr. 2, 1.

Omphacomellis confectio, Pall. 9, 13.

Onager, ferus aſinus, Col. 6, 37. Varr. 2, 6. ex onagro & aſina muli, Pall. 4, 14.

Oncomata, ὀγκώματα, Veg. 2, 30. *h. e. tumores, ab* ὀγκοῦμαι.

Onerant viviradices rationem cultoris, Col. 4, 2. *add.* 2, 9.

Ὀνόγυρος nobilitatus Argis, Varr. 2, 5.

Onus cibi hærentis exſtinguit phaſianas, Pall. 1, 29.

Onychina pruna, Col. 12, 10. *a colore* unguium *dicta*; *vid. Dalech. ad Plin. 15, 15. Schœttg.*

Operæ pretium ſi ſit, Col. 11, 3. operam juſtam reddentia jumenta, Col. 6, 3. operæ conducticiæ liberorum, Varr. 1, 17. operas plures conducere, Col. 3, 21. operarum ratio alibi alia, Pall. 1, 6. ut dividendæ, Col. 1, 9. opera una, duæ, decem, Col. 2, 13. 6, 3. proſcinditur operis tribus, iteratur duabus, tertiatur una, Col. 11, 2. *ubi ſemper ad diem unum refertur. conf.* Col. 11, 2. opera una meſſoris experti, Pall. 7, 2. una opera puerilis, *h. e. unus puer opus faciens*

Optimates civitatis, Col. 12, 3.

Opto. optat vitis operiri, Pall. 1, 6.

Opulentant mensam dapibus, Col. 8, 1.

Opulus arbor, *aceris genus*, Varr. 1, 8. Col. Arb. 16. corno similis, Col. 5, 7. alit vitem, Col. 5, 6. Arb. 16. ejus satio, Col. 5, 6. *Glossario* κισσόφυλλος. *Sylb. Quo nomine apud nos appellari debeat, atque adeo, num apud nos vivat, disceptant herbarii. vid. Hard. ad Plin. 14, 1. no. maj. 3.*

Opus quæ sunt, Cat. 14. cum opus sunt, Varr. 3, 5. opus sunt minus multi boves, Varr. 1, 18. opus erit tibi epulum, Varr. 3, 2. quæ opus sunt pecori, Varr. 2, 10. opus est iis parvus cibus, Varr. 3, 14. * Opera nova plerique fortius auspicantur, quam tuentur perfecta, Col. 4, 3. opera rustica accommodanda sunt ad statum cœli, Col. 11, 2. operibus terrenis quibus diebus abstineant religiosiores agricolæ, Col. 11, 2. opus ubi maturius & ubi serius inchoandum, Pall. 1, 6. opera omnia mature conficienda, Cat. 5.

Orabus morbus, Veg. 3, 23. *non liquet.*

Oraculum Cretensibus datum, Pall. 11, 14. Catonis, Col. 11, 1.

Orata Sergius unde cognominatus, Varr. 3, 3. Col. 8, 16.

Oratores primarii, Col. 1, Præf.

Orbiculata mala, *rotunda*, Pall. 3, 25. Col. 5, 10. 12, 45. *a figura* orbis *in rotunditatem circumacti dicta vult etiam Plin. 15, 15. add. Jo. Rhod. ad Scrib. comp. 104, p. 174 sq. delicata fuisse apparet ex joco Cœlii ad Cic. Epist. 8, 15 pr.* Malis orbiculatis pasti videntur.

Orbiculi, Cat. 3. olearii, Cat. 18. orbiculus dupondiarius, Col. 4, 30. *videtur in ponderibus fuisse massa ferrea vel plumbea* orbis *vel cylindri brevissimi formam habens. Sed totus ille locus est admodum obscurus.*

Orbile acutum, Varr. 3, 5. *Præclare ostendit Schefferus de Re vehic. lib. 1, cap. 6,* orbile *intelligendum esse externam partem rotæ s. peripherian. Illud* orbile *solet esse aliquantum extenuatum &* acutum, *quod usus hodiernus declarat. Possit tamen etiam legi* arcuatum, *h. e. ex pluribus arcubus compositum, quas absides Græca voce vocamus, quibus canthi imponuntur ferrei.*

Orbis ablaqueationis, Col. 4, 4. *vid.* Gyrus. * orbem diversum petere, Col. 1, 3. orbem quendam continuæ fœcunditatis sibi ministrat natura, Pall. 4, 10. * orbes ahe-

neos II *cum* menfis II *conjungit* Cat. 10; *qui &* 11 orbem aheneum unum *refert. Videntur ad menfæ apparatum referendi. Certe Martialis ætas* orbes in menfa *habuit*, *aut forte ipfas* menfas orbes *vocavit. Vid.* 2, 43. * orbes *in trapeti inftrumento* Cat. 135.

Orcæ picatæ, Col. 12, 15. mufti in Hifpania fervore ruptæ, Varr. 1, 13.

Orchis olea, Col. 5, 8. Arb. 17. Pall. 3, 18. *eadem*

Orchita, ut condiatur, Col. 12, 47 & 48.

Orchitis, Cat. 6. *a fimilitudine tefticulorum* (*Gr.* ὄρχεις) *dictam vult Serv. ad Georg.* 2, 85. *Male* Orchades *fcribitur. Vid. Bodæus a Stapel ad Theophr. hift. plant.* 4, 3, *pag.* 315. *Schœttg.* Orchites ut condantur, Cat. 7. nigræ, Varr. 1, 60.

in Orculam calcare manibus, Cat. 117.

cum Orco ratio habetur, Varr. 1, 4. ponitur, Col. 1, 3.

Ordeum, *vid.* Hordeum.

Ordinariæ vites, Col. 3, 16. femina, Col. 3, 13. ordinarium oleum, *cibarium*, Col. 12, 50.

Ordinatio inftituta confervanda eft, Col. 12, 3. *fic* Col. 4, 29 *eam fignificat*, *quæ Palladio* difciplina *eft.*

Ordinata vineta, Col. 4, 27.

Ordino. ordinare locum vitibus, Col. 5, 3. ordinant vineam paribus intervallis, Col. 3, 13. ordinandi foli hortenfis tempora, Col. 11, 3.

Ordo res pulcherrima, Col. 12, 2. quanta illius vis in arboribus difponendis, Varr. 1, 7. in ordines colitur planta, *h. e. ordinatim depacta*, Pall. 3, 9.

Organum compofitum, Col. 3, 13. * organum erectæ tribulæ fimile, Col. 12, 50. *Hoc organum intelligi puto ex eo machinarum genere*, *quo utuntur hodie ad aromata quædam comminuenda*, *frequentiffime autem ad fabam Turcicam* (*Caffeam*) *terendam*, *qui conus truncatus eft*, *vel meta*, *ftriis helices imitantibus fulcata*, *matrici cylindricæ*, *& fulcis ad perpendiculum defcendentibus ftriatæ inferta*, *ut grana*, *qua coni anguftior pars fpatium facit*, *injecta*, *circumacto illo rapiantur deorfum*, *& inter ftrias ftrigafque elidantur*, *ac demum*, *qua arctiffimum iter bafis metæ præbet*, *expellantur.*

Orgia naturæ, Col. 10, 219.

Oriens æquinoctialis, Col. 1, 5. brumalis, Col. 1, 6. hibernus, Col. 1, 6.

Orientali arboris parte, Pall. 3, 17.

Origa *f.* auriga, Varr. 2, 8.

Origanites vinum, Cat. 127.

Origani ſatio, Pall. 4, 9. 10, 13. herba grata apibus, Col. 9, 4. uſus ejus ad olivas condiendas, Pall. 12, 22. contra formicas, Pall. 1, 35.

Oriuntur fundamenta ex loco depreſſiore, Col. 1, 5.

Ornamenta bubus, aſinis, Cat. 10, 11 & 135.

Ornata cupa, Cat. 22.

Ornatus trapeti, Cat. 22. publici, *de cœnis ſplendidioribus*, Varr. 3, 9.

Ornea frons, Col. 11, 2.

Ornithiæ venti, Col. 11, 2. *Diſſenſum ſcriptorum circa Ornithias ventos indicat, & componit Jo. a Wower de Polymath. c. 11, p. 84 ſq.*

'Ορνιθοβοσκεῖον, Varr. 3, 9.

'Ορνιθὼν villæ, Varr. 2, Præf. 3, 3, 4 & 5. Col. 8, 1 & 3. Appii auguris *per jocum*, Varr. 3, 2. materteræ Varronis, Varr. 3, 2. ipſius Varronis, Varr. 3, 5. lucrifecerunt hoc nomen turdi, Varr. 3, 4.

'Ορνιθοτροφεῖον, Varr. 3, 5.

'Ονιθοτροφία, cohortalis ratio, Col. 8, 2.

Orno. onare focum, Cat. 76.

Ornus. orni ſilveſtres fraxini, Col. Arb. 16.

Orthociſſi ſatio, Col. 11, 2. *ſi etymologiam videas, cum ipſum nomen non habeant herbarii, videtur τῇ χαμαικίσσῳ oppoſita, & vel* arboream *omnem* hederam *in altum nitentem ſcilicet, ſignificare, vel peculiare genus ſuo ſolo ſtans innixum trunco &c.*

Orthocola jumenta *vel* ſtilloſa, Veg. 2, 54. *cum ob durum aliquem tumorem articuli rigent.*

Orthopnoicum jumentum, Veg. 3, 46.

Orti fontibus ſapientiæ, Col. 1, 1. qui ex his (*bubus*) orti ſunt, *vituli*, Varr. 2, 5.

Ortonici, Veg. 1, 38. *forte* orthotonici, *vel, quod malim*, orthopnoici.

Oryges feræ, Col. 9, 1. *vid. Salmaſ. ad Solin. p. 157, Urſin. anal. S. 2, 1, 21, Bartholi. de unicornu c. 10 ſqq. Schœttg.*

Os, *oris.* ora lacus, *ripæ*, Col. 8, 15.

Os, *oſſis.* ſine oſſe ut naſcantur ceraſi, Pall. 11, 12. oſſa Perſici quando & quomodo ponantur, Pall. 2, 15. 12, 7. duracinorum, Pall. 3, 25. dactylorum obruuntur, Pall. 11, 12. olivarum, Pall. 12, 17. oſſibus & planta ſeritur ziziphus, Pall. 5, 4.

ludis Circensibus & Cereali pompa, Varr. 1, 2. *Vid. Salmas. ad Solin. p. 640, & Tertull. de Spectac. c. 8.*

Oxygala, Col. 12, 8. *Laudat Beroaldus Plin. 28, 9, & Galeni* caseum oxygalacticum.

Oxygarum, Col. 12, 57.

ex Oxymelli, Cat. 157. oxymelli superfunde, Col. 12, 56. ad oxymellis crassitudinem, Veg. 2, 48.

Oxyporum pretiosius, Col. 12, 57. *Condimentum ex aceto. vid. Comm. ad Apic. 1, 32, & 3, 18, ubi similis compositio habetur.*

Ozænæ asperiores, Veg. 1, 9. *Etiam* 2, 49. 3, 22. *ad pedes pertinere videntur. Et Hippiatr. Ruell. p. 113 a. proponitur quidem initio* remedium Absyrti fœdis narium ulceribus, quas vocant ozænas: *sed deinde* Eumeli medicamentum *sub eodem titulo haud dubie ad pedes pertinet.*

P.

P. notat pondo. *Sic* casei P. II. S. *h. e. pondo duo semis*, Cat. 84. & P. ⸗ — *h. e. pondo quadrantem, ibid.* olei p. l. Cat. 22. *h. e. pondo libram.* casei recentis P. III, *pondo tria, & paulo post* P. S. *pondo semis*, Cat. 85. *Ita etiam* Cat. 158. *vid.* Pondo.

Pabularis vicia, Col. 2, 14. Pall. 1, 6.

in Pabulationem spurce versantur sues, Col. 7, 9.

Pabulatoria corbis, Col. 6, 3. 11, 2.

Pabulor. pabulantur aves, *cibum capiunt*, Col. 8, 15. * pabulandæ sunt fimo oleæ, Col. 5, 9.

Pabulum bubus ut parari darique debeat, Cat. 54 & 60. pabulorum genera & satio, Col. 2, 7 & 11. Varr. 1, 23 & 31. in pabulum conseritur vicia, Col. 11, 2. pabula viridia, Col. 7, 9. pabulum aridum, Cat. 30. hibernum, Cat. 149. ovibus, Cat. 5. * ut pabulum malorum fiat *leg.* Cat. 7, *pro* uti stabilia mala fiant: *quam veram esse lectionem facilius credet, qui usum nostrorum hic recognoscet. Igitur præter illud*, pabulandæ sunt fimo oleæ, Col. 5, 9. nam eo quasi pabulo gliscit terra, Col. 2, 5. ut stercore velut pabulo absumtas vires refoveas, Col. 2, 14. saginata largioribus pabulis terra, Col. 2, 1. satiatum stercore solum, Col. 2, 10. *add.* 2, 14. *vid. infra* Saturo. pabula præbere novali, Col. 10, 84. ut humus alimento (*fimi*) pinguescat, Col. 2, 5. *add.* 2, 14. *sic* cibum arborum *dixere Lucret. 1, 354, & Plin.*

17, 2. *τροφὴν Theophrast. de cauſ. plant. 3, 26. quin* cibi majoris plantæ quædam, Varr. 1, 23.

Pactæ plantæ, *a pangendo*, Pall. 2, 14.

Pæan Delie, & Evie, Evie Pæan, Col. 10, 224.

Pædagogi agriculturæ, Col. 1, 1.

Pæminoſa area, *an* grana? Varr. 1, 51. *A* pædore *derivat* pæminoſum *Nonius. Jam* pædor *αὐχμὸς eſt in vet. gloſſar. Porro in Lexico Græco Latino veteri αὐχμὸς eſt ἡ ἐν τῇ γῇ ξηρότης. Hinc, credo, apparet vis nominis in hoc loco referenda, ſi quid video, ad aream h. m.* ne æſtu pæminoſa *ſi ſit*, in rimis ejus grana oblitefcant, & *rimæ* recipiant aquam &c. Pæminoſa *poteſt etiam eſſe ablativus abſolutus.*

Pæſti roſaria, Col. 10, 37. *Pæſtum urbs eſt Lucaniæ ad mare, circa quam bis in anno roſæ naſcebantur, unde* — biferique roſaria Pæſti *ap. Virg. Georg.* 4, 119. *Nominat* Pæſtanum ſinum & Pæſtum *oppidum Pomp. Mela* 2, 4. *Inde* Pæſtanæ roſæ *pro optimis, ſeu κατ' ἐξοχὴν pro roſis. Ennodius Dictione* 8, *p.* 489: Induſtria fecit, quod Pæſtaneas roſas dumeta pepererunt. Roſaria & roſeta Pæſtana. *Ovid. Met.* 15, 708, — tepidique roſaria Pæſti. *Ennodius Carm.* 9, 146: Pæſtanis pariter depingit terga roſetis. *Et* ars Pæſtana *pro hortorum & florum cultura apud Strabum Gallum in Hortulo præf. v.* 2: — ſi quis Pæſtanæ deditus arti. *Schœttg.*

Paginæ marmoreæ pavimentis impreſſæ, Pall. 6, 11. Paginæ *ſunt lapides quadrati, quibus pavimentum tegitur. Sic* paginæ fundorum *ſunt partes, in quas agri dividuntur, apud Innocentium de caſis per literas p.* 222 *ed. Gœſii. Schœttg. Vid. L. Pignorii Symb. epiſt.* 18. *Almel.*

Πάγουροι, cancri marini, Pall. 1, 35.

Pala, Cat. 10. ferrato robore, Col. 10, 45.

Παλαίστρα, Varr. 2, Præf.

Palatini, *qui montem illum incolunt*, Col. 1, 3.

Palatum ſuave domini paravit ornithonas, Varr. 3, 3. palato torpenti, Col. 10, 110. palata docta & erudita, Col. 8, 16.

Palatus, *a*, *um*. palatæ & ligatæ vineæ, Col. 11, 2.

Palea unde dicta, Varr. 1, 50. palea veſtitum granum, Col. 2, 9. paleæ a frumento ut ſeparentur, Col. 2, 21. quæ optimæ, Col. 6, 2. hortis noxiæ, Pall. 1, 36. palearum repoſitio, Pall. 1, 32. paleæ ex leguminibus, Col. 7, 3. * palea ſubrubra ſubalbicans gallorum laudatur, Varr. 3, 9. paleæ ex rutilo albicantes, velut incanæ barbæ depen-

dentes gallinaceis, Col. 8, 2. * palea *pro* folea *videtur posita a librario* Varr. 1, 23.

Palearia, *ut* fœnilia, Col. 1, 6.

Palearibus boum a collo demiffis, Varr. 2, 5. Col. 6, 1. larga & circa genua fluentia, Pall. 4, 11.

Paleatum lutum, *cum palea fubactum*, Col. 5, 6. 12, 43. Arb. 26. *item* 12, 21.

Pales magna, Col. 10, 4.

Palilibus affes folvere, Varr. 2, 5.

Paliurus, Col. 7, 9. 11, 3.

Palladii rami, *oleæ*, Pall. Inf. 51. Palladia amurca, Col. 10, 353. *a Pallade oleæ inventrice.*

Pallidior fit ficus vetuftate, *fitum contrahit*, Varr. 1, 67.

Pallorem trahere, Col. 12, 41. capere, Col. 12, 50. exfaniare, Col. 12, 55. *Ita Vitruv. 6, 7 de bibliotheca*, Venti infundentes humidos fpiritus pallore volumina corrumpunt.

Palmæ plantatio & cultura, Pall. 5, 5. 11, 12. cum cannabi, lino, junco conjuncta, Varr. 1, 22. *cf.* Col. 5, 5. * palma unguentariorum, Cat. 113. *ad* vinum odoratum. * palma campeftris, Col. 3, 1. * palmam fert mel Siculum, Varr. 3, 16. * palma in vite major flagello, unde etiam uvæ nafcuntur, Varr. 1, 31. *add.* Col. 3, 17. 4, 15 *&* 24. in palmam pendere difcit vitis, Varr. 1, 8. *Eft igitur* palma *hæc* palmes, *ubi vid.* * Palmas de cauterio accipit bos paralyticus, Veg. 3, 41. *Notat veftigium formæ cauterii, ut poftea* ftella, virgulæ. *vid.* Palmula. *Compara illud Quinctil. Decl.* 1: Manus palmare veftigium poteft. *Et* paries fanguine palmatus.

Palmare, *i. e. materias alligare*, Col. 11, 2.

Palmares fcrobes, Pall. 3, 24. 4, 10. palmaria fpatia, Col. 8, 3. 11, 3.

Palmaria infula, Varr. 3, 5.

Palmes qui fœcundus, Col. 3, 10. focaneus, Col. 4, 24. ultimus plurimum fructum affert *rel.* Col. 5, 6. ad pangendum qualis eligendus, Pall. 3, 9. palmitum duo genera, Col. 5, 6.

Palmeus. palmea fporta, Pall. 3, 27. palmeæ fegetes, Col. 5, 5. *cf.* Varr. 1, 22.

Palmipedale limen, Varr. 2, 4. *h. e. Crefcentio interprete*, palmi unius fupra pedem. *Sic* palmipedalis malleolus, Col. 3, 19. *quem eodem modo interpretatur Beroaldus.*

velut Palmulæ fiunt cauterio, Veg. 1, 28. *vid.* Palma.

palmites, Pall. 3, 9. panguntur vetere sarmento, Col. Arb. 3. pangenda vitiaria maleolis quam recentissimis, Col. 11, 2. panguntur in seminario ipsa poma, Pall. 2, 15. cum panxeris taleam, Col. 11, 2.

Panici satio & cultura, Col. 2, 9. Pall. 4, 3. panicum pinsitum, Col. 2, 9.

Pantulejus Parra, Varr. 3, 5.

Papaveris satio & cultus, Col. 11, 3. Pall. 10, 13. papaver anetho *jung.* Col. 10, 314. cereale papaver, *ibid. vid.* Cereale.

Paphie lactuca, Col. 10, 193. Paphios thyrsos, Col. 10, 370.

Papiliones ut enecentur in alvearibus, Col. 9, 14. Pall. 4, 15. 5, 8.

Papilla uberis, Col. 9, 11. * papillæ *fontibus forte melius conveniunt, quam* mammillæ, Varr. 3, 14.

Papulæ in pecore ut curentur, Col. 6, 31. papulis æstuans prurigo, Veg. 3, 71.

Papyri ligamen, Col. 6, 6. Veg. 3, 3. papyro faciendum vinculum, Pall. 3, 29. *cf.* Pall. 3, 33. papyri usus ad fistulas, Veg. 2, 13, 23 *&* 26. papyrus candelarum purgata, Veg. 2, 57.

Par. pari pondere, Col. 12, 51. pari libra cum æquore maris, Col. 8, 17. paria facere cum rationibus domini, Col. 1, 8. 11, 1.

Paracenterium, Veg. 2, 17.

Paracentesis, *παρακέντησις*, Veg. 1, 43. in cura oculi, Veg. 2, 17.

Paralysin ex frigore sustinet stomachus, Veg. 3, 34. paraliuntur jumenta, Veg. 3, 41.

Parastaticæ, Veg. 4, 1. *inter ossa equi.*

Parata messis, *matura*, Pall. 7, 2.

Parcere opera, Cat. 1, 1.

Paridius Veterensis, Col. 4, 3.

Paries. parietum tectura fortis & nitida ut fiat, Pall. 1, 15. intra parietes continere, Col. 12, 1.

pro Parietaria herba *scribitur* Paritaria *aliquoties apud* Veg. *v. g.* 3, 65 *&* 67.

Parilia, *festus dies*, Varr. 2, 1. Col. 7, 3.

Pario. pariunt non omnia, Varr. 2, 1. peperere poma ficus, Pall. 4, 10. pariunt ficus obrutæ in seminario, Varr. 1, 41. in pariendis colibus vires habet sarmentum, Varr. 1, 32.

Paſſus, *a*, *um*. paſſæ uvæ ut fiant, Col. 12, 39. * paſſum (*vinum*) ut fiat, Col. 12, 39. eo uti licet ad conditum, Pall. 11, 19. de paſſo offæ, Veg. 1, 36.

Paſtinacæ ſatio & cultus, Col. 11, 3. Pall. 3, 24. genera duo, Col. 9, 4. paſtinacæ agreſtis ſemina, Col. 6, 17. Veg. 3, 4.

Paſtinationis ratio, Col. 3, 13. modus & menſura, Col. 11, 2 reditus, *h. e. viviradices, quæ venduntur*, Col. 3, 3. paſtinatio emundata, inoccata, & æquata, Col. 3, 15.

Paſtinator, Col. 3, 13.

Paſtinatum ſuſpenſiſſimum, Col. 3, 13. de paſtinato eximuntur viviradices, Col. 3, 3.

Paſtino. paſtinandi ſoli hortenſis duo tempora, Col. 11, 3. menſura quæ ſufficiat vineis, Col. 3, 16. paſtinandus locus quomodo præparandus, Pall. 2, 13.

Paſtinum, inſtrumentum bifurcum anguſtis faucibus, Col. 3, 18. * terra paſtino & ſeminibus accipiendis parata: quando & quot generibus fiat, Pall. 2, 10. *Sed* 3, 9 *a* ſcrobe *&* ſulco *diſtinguitur, eſtque* foſſum continuum. effodi quando incipiat, Pall. 13, 2. paſtini menſura, Pall. 2, 12. paſtinorum latitudini ſtudere, Pall. 1, 7. paſtinum vineaticum ut conſerendum, Pall. 3, 9. ad paſtini ſimilitudinem fodies hortum, Pall. 1, 34.

Paſtio vel villatica vel agreſtis, Varr. 3, 1 *&* 2. villatica & pecuaria, Col. 8, 1. paſtiones laxæ, Varr. 1, 12. mutantur, Varr. 2, 2.

Paſtores quot & quod genus habendi, Varr. 2, 10. paſtor pavonum, Varr. 3, 6. columbarius, Varr. 3, 7. diligens, Col. 11, 1. paſtorum cellæ, Col. 1, 6.

Paſtoralis res, Varr. 2, Præf. ſcientia, Col. 1, Præf. ejus partes novem, Varr. 2, 1. vita, Varr. 2, 1. canis qualis, Col. 7, 12.

Paſtoriciæ rei origo, dignitas, ars, Varr. 2, 1. paſtoricia vita, Varr. 1, 2, *male legi pro* paſtoria *vult Barth. ad Calpurn. ecl. 5, 105.*

Paſtum exire, Varr. 2, 2.

nondum Patefactæ roſæ, Pall. 6, 17.

Paterfamilias in villa obſervare quæ debeat, Cat. 2. Col. 1, 7.

Paternæ notæ plerumque natis inhærent, Col. 7, 3.

Pateſcere, Pall. 12, 7. *de nucibus*, antequam pateſcant. *Varians lectio eſt* putreſcant. *Nempe rumpuntur, cum putreſcunt.*

Patibula in torculari, Cat. 26. *vid. Popma de instrum. fundi c. 11. Apud Apulej. Met. 4, p. 146 sq. explicant seram s. vectem ligneum ostio occludendo. Schœttg. Sed Turneb. 6, 23, binas scalas interpretatur, in axiculum unum capitibus suis conjunctas, divaricatis ad imum cruribus, qualibus hodieque usus est, ubi simplices scalæ applicari non possunt.*

Patientia præstantes vites, Col. 3, 2.

Patina ærea, Pall. 1, 40. patinas fictiles, Col. 12, 43.

Patior. patitur hortus inimicum pulverem palearum, Pall. 1, 34. formicas arbor, Pall. 11, 12. vermes Persicus, Pall. 12, 7. marem femina, Col. 6, 24. * patimur horis tribus (*in eo statu esse*,) Col. 12, 47. * quantum fabæ patitur magnitudo, *h. e. quam magna est faba*, Veg. 3, 67. * *Passive usurpari* (*ut* sinor) *hoc verbum, Pall. 3, 24. observat Barth. sed non invenio in illo titulo nisi sect. 6, ubi consuetam significationem retinet. Interim ita accepisse hoc verbum recordor Lentulum ad Cic. fam. 12, 14:* Quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, utile est reipubl.

ex Patriis locis similibus, Col. 6, 2.

Patrare sementim, Cat. 54.

Pavescere ad tactum, Col. 6, 2.

Paviculis verberare, Cat. 91. condensare, Col. 1, 6. inculcare, expolire, Col. 1, 6. 11, 3. æquata area, Col. 2, 20.

Pavidi auditu, visu, boves, *h. e. ad audita, visa*, Col. 6, 2.

Pavimenta ædificii, Pall. 1, 9. ut fiant, Cat. 18. in solariis, Pall. 6, 11. 7, 8. 10, 15. testacea, marmorea, tessellata, scutulata, nigra, Pall. 1, 9. testacea superfundere, Pall. 1, 40. pavimento testaceo suffuso, Pall. 1, 19.

Pavio. pavito, Cat. 18.

Pavita solida terra area, Varr. 1, 51.

Paulula pila, Cat. 14. paululo sale, Pall. 12, 22.

Paulum filiculæ, Cat. 158. triti salis, Col. 8, 5.

de Pavonibus Varr. 3, 6. Col. 8, 11. Pall. 1, 28. * Fircellius Pavo, Varr. 3, 2.

Pavonini pulli, Col. 8, 11. pavonina ova, Varr. 3, 9.

Pauperies terræ, Pall. 1, 19. fœtuum ubertate foliorum compensata, Pall. 12, 9.

Paupertas certissima, Col. 12, 2.

Pausatum & requietum, Veg. 1, 38.

Pauseæ oleæ, Varr. 1, 60. jucundissimæ, Col. 5, 8. *vid.*

Serv. ad Georg. 2, 85. ut condiantur, Col. 12, 47. ut epulis præparentur, Col. 12, 48. pausea acerba, Col. 12, 47. alba ut condiatur, Col. 12, 47.

Pausia *eadem scribitur* Pall. 3, 18. Col. 5, 8. Arb. 17.

Pausias pictor, Varr. 3, 17. *de eo Plin.* 35, 11. 21, 2.

Paxillo perforatum solum, Col. 4, 16.

Peccat vinum, Pall. 11, 14. peccando discere, Col. 1, 1.

Pectinibus spicam legere, Col. 2, 2.

Pectitæ lanæ, Col. 12, 3. pectita tellus, Col. 10, 94. *vid.* Discrimen.

Pecto. pectere ferro bicorni herbam, Col. 10, 148.

Pectorosæ aves, Col. 8, 2.

Pectunculi pisces, Col. 8, 16. *h. e. parvi* pectines, *quos in concharum genere numerat Plin.* 9, 33.

Pecua & homines, Varr. 2, 1. pecua salva, Cat. 141.

Pecuarius, *a*, *um*. Pecuarii Appuli, Varr. 3, 17. athletæ, Varr. 2, 1. pecuarius canis, Col. 7, 12. pecuarii greges, Varr. 2, 5. pecuaria res, Varr. 2, Præf. quæstio, Varr. 2, 2. negotiatio, Col. 8, 1. pastio, Varr. 3, 1 & 2. Col. 8, 1. * pecuariæ grandes oviariæ & equariæ, Varr. 2, Præf. nobiles, Varr. 2, 1.

Pecuina assaria Jovi daps, Cat. 132.

Peculiare aliquid in fundo pascere liceat præfectis, Varr. 1, 17.

Peculium unde dictum, Varr. 1, 2. Col. 6, Præf. danda opera ut præfecti habeant, Varr. 1, 17.

Pecunia unde dicta, Col. 6, Præf.

Sarmenta (*vitium ſemina*) ut tractanda, Col. 4, 24. 5, 5. defigere, Col. Arb. 2. injungere, Pall. 1, 6. pangenda, ut eligantur, Pall. 3, 9. lata, Pall. 3, 12. *vid.* Lat.

Sarrano clarior oſtro, Col. 10, 287. violæ, Col. 9, 4.

Sarriendus ligneis raſtris locus, Col. 2, 11.

Sarritio an proſit, & quomodo, Col. 2, 12. quando tempeſtiva, Col. 11, 2.

Sarritor, Col. 2, 13.
Sarritoria opera, Col. 2, 13.
Sarritura frumentorum, Col. 11, 2.
Sarſura. Varr. 3, 9. *vid.* Aſſura.
Sartio, Sartus, *pro* ſarritio, ſarritus, *ſæpe MSS. e. g.* Col. 2, 12. 11, 2.
Sartura nova vineatico jugo, Col. 4, 26.
Sat erit pondo XL dari, Col. 6, 3. ſat erit picis ſex ſcrupula, Col. 12, 23.
Sata quo die quæque de terra prodeant, Varr. 1, 45. ut tuenda ſint, Varr. 1, 47.
Sataria quala, Cat. 11. Satoria *legit Popma, non in editione quidem ſua, ſed in de inſtr. fundi, c. 8. Et ſane analogia favere videtur, & Columellæ auctoritas, cujus ſunt* trimodiæ ſatoriæ 2, 9 & 12, 50.
Satiatum ſtercore ſolum, Col. 2, 10. medicamine ſarmentum, Pall. 3, 28.
ad Satietatem permiſſa avibus ficus, Col. 8, 5.
Satio. ſatiabis anum oleo, Veg. 1, 47. 2, 48.
Sationis genera, Col. 2, 9. præcepta, Pall. 1, 5 & 6. ſatio matura ſæpe decipit, ſera nunquam quin mala ſit, Col. 11, 2. legitima Novembri menſe, Pall. 12, 1. ſationis juſtæ qui terminus, Pall. 11, 1. gradus ſecundus, Varr. 1, 39. ſatio tertia, Col. 11, 3. ſatio vitis duum generum, Col. 3, 14. Sationem *a* ſementi *ita differre credo, ut* ſementis *ad frumenta pertineat proprie,* ſatio *pateat latius, ac de plantarum omne genus poſitione adhibeatur. vid.* Col. 2, 4.
quæ Satis accipiunda ſient, Cat. 2. ſatiſdari domino, Cat. 146. ſatisfacere pecuniam, Cat. 149. ſatisfactum, *litatum,* eſt, Cat. 141. ſatisfaciunt ervi XII libræ uni jugero, Col. 2, 11.
Satius dicam, *h. e. potius,* Varr. 1, 2.
Sator vitis, Col. 3, 15. ſilveſtria ad quæ ſator non acceſſit, Varr. 1, 45.
Satoriæ trimodiæ, Col. 2, 9. 12, 50. *vid.* Sataria.
Satulli fiunt agni lacte, Varr. 2, 2. Satullare *etiam verbum uſurpavit Varro apud Nonium 1289 περὶ αἱρέσεων·* Neque in pulvere initico coquam carnem, quibus ſatullem corpora ac famem ventris. *Victor.*
Satur auctumnus, Col. 10, 43.
Satureja quæ ruſticis? Col. 9, 4. thymi referens thym.

bræque saporem, Col. 10, 233. ejus satio, Col. 11, 3. Pall. 3, 24.

Saturnalibus *portio liberalior datur*, Cat. 57.

Saturnia terra, Col. 1, Præf.

Saturni regis stirps rustici, Varr. 3, 1. Saturnus, Col. 9, 2.

Saturo. saturare jejunia terræ, Col. 10, 82. *h. e. macilentiam & sterilitatem. Pompon.* stercore novalia, Col. 2, 9. prata lætamine, Pall. 3, 1. saturari multo stercore amat beta, Pall. 3, 24. *vid.* Pabulum. * saturare aditus murium cinere, Pall. 1, 35.

Satus. satui semen dare, Cat. 5.

Satyros lascivos, Col. 10, 427.

Sauciare levi vomere summam terræ partem, Col. 2, 2.

Savillum uti fiat, Cat. 84. *Veteres dixerunt* savior & saviata, *unde* savillum, *libum farinaceum a suavitate; quod ad eum modum, quem Cato præscribit, confectum, nescio an nomini suo respondeat. Popma.*

Sauracti Fiscello, Varr. 2, 3.

Saxatiles columbæ, Varr. 3, 7. pisces, Col. 8, 16.

Saxifraga, Veg. 1, 13. 4, 11 & *sæpe.*

Saxum. saxi pondusculum, Col. 12, 51. saxo naturali, Col. 7, 6.

Scaber. scabrum fit pecus, *scabiosum*, Pall. 6, 8. scabræ quadrupedes ut curentur, Cat. 96. *add.* Col. 7, 3.

Scabies unde pecori, Cat. 5. eam facit macies, Col. 7, 5. ut sanetur, Col. 6, 13, 31 & 32. 7, 5 & 13.

Scabilla & scamna, Cat. 10. *Recte Facciolatus erroris postulat, qui ex h. l. male lecto* scabile & scabilia *intulere Lexicis.*

Scabratus, Col. 4, 24.

Scabriciem tollere, Col. 7, 5.

Q. Scævolæ villa, Col. 1, 4.

Scalpelletur, Veg. 1, 26.

Scalpellum medicum, Veg. 1, 11. 2, 14.

Scalpere morsu, Col. 7, 5. *de ovibus scabiosis.*

Scalpratum ferramentum, Col. 9, 15. *scalpri formam habens.*

in Scalpturis necessaria populus, Pall. 12, 15.

Scalptus. scalptis locis pratorum, Pall. 10, 9. *i. e. abrasis, cum essent musco obducta.*

Scamnum in agro quid, Col. 2, 2. scamna facere, Col. 2, 4. Arb. 12. omittere in arando, Col. 3, 13. latentia, Col. 2, 4. in vineis, Col. 3, 13.

Scamoneum, Cat. 157. Scammonia, Veg. 2, 6.

Scandiana poma, *vid.* Scantiana.

Scandulæ, Col. 8, 3. *sunt asserculi formatis gradibus asperati, forte a* scandendo. * scandulis tecta cors, Pall. 1, 22. *MSS.* scindulis. *quid si recte a* scindendo *s.* findendo.

Scantianæ uvæ, Cat. 7. poma, *an* Scandiana? Cat. 7. Varr. 1, 59. Col. 5, 10. a Scandio quodam Scandiana dicta *vult Plin.* 15, 15. *& ab his paulo post, ut est in editione Harduini*, Scantiana *distinguit* Catoni memorata. *Etiam* Col. 5, 10 Scandiana *editi omnes agnoscunt.*

Scapulæ, Veg. 3, 71.

Scapus lupini, Varr. 1, 31. asphodeli, Col. 9, 4.

Scarificatio ferro facta, Col. 6, 17. Veg. 3, 4. ea demitur sanguis, Col. 6, 12.

Scarificare massam sinapi compressam, Col. 12, 55. truncum arboris, Pall. 4, 10.

Scarifo & scarifatio *reponi vult Salmasius ad* Col. 6, 12. *malit etiam Vossius de Vitiis Serm.* 4, 24. *& est v. g. in Mss. Lips.* Col. 12, 55.

Scarus, *an* squalus? Col. 8, 16. *Quis piscis sit* scarus, *ignorari hodie, ait Harduin. ad Plin.* 9, 17. *Quidam libri* Scaurus.

Scaturiginosa terra, Col. 5, 8.

Scaturigo palustris, Col. 3, 13.

Schœnum *s.* Schœnus, *odorata radix*, Cat. 105 & 113. Col. 12, 20 & 51. scieni *scripsit librarius Italus* Veg. 4, 13.

Scholasticus, *h. e. eruditus*, Veg. 3, Præf.

Sciatici, Veg. 1, 38. 3, 22. *pro* Ischiatici. *Hinc Gallorum* Sciatique.

Scientiam eligendi habere, Col. 3, 10. in omni genere scientiæ, Col. 1, Præf. scientia nulla consummatam perfectionem adepta, Col. 11, 1.

Scieni, *vid.* Schœn.

Scilla, Col. 12, 33 & 44. *ea* accenditur equorum libido, Varr. 2, 7.

Scillites vinum *s.* scillite, Col. 12, 33. Pall. 8, 6.

Scilliticum acetum, Col. 12, 34.

Scindo. ne scindant se lutamenta, Cat. 128. scindunt radices herbarum armenta ungulis, Col. 2, 18.

Scinoanthos, Veg. 1, 59. *pro* Schœnuanthos, *vel* Schipuanthos, *ut* Veg. 3, 40. *Gr.* σχοίνου ἄνθος.

Scio. scito, Cat. 157. scire omnia nemo potest, Varr. 2, 1. scisse multa, non omnia dicuntur etiam sapientissimi Col. 12, 57.

Scipiones vitis. Col. Arb. 8. *vid.* Scopiones.
Scipio Metellus, Varr. 3, 2 & 10.
Scirpula vitis, Col. 3, 2.
Sciffilibus mundis colligare fracturam, Veg. 2, 47. *h. e. pannis laceris.*
Sciffuris aperiri, Pall. 6, 12.
Scobis eburnea, Col. 7, 10. populnea vel abiegna, Col. 12, 43. vel ilignea, Col. 12, 44. *Sed* fcobe omni educto, Pall. 3, 17. fcobis eximitur, Col. 4, 29. fcobem terebra facit, *ibid.* & Arb. 8. non fcobem, fed ramenta terebra Gallica, Col. Arb. 8. Ramenta *paulo crassiora intelligit Beroaldus majoraque & quasi recisamenta.*
Scombrus pifcis, Col. 8, 17. *ex hoc* garum fociorum, *Plin. 31, 8. Schættg.*
Scopæ virgeæ, Cat. 152.
Scopiones uvarum, Col. 12, 39 & 43, *ubi vulgo* fcipiones. afparagi fativi, Col. 11, 3. *ubi alii* fcorpiones. Scopiones *probat etiam Linda. Sel. med. 10, 185. Huc pertinet* de Scopio, Cat. 112. *vid.* Scopi.
Scopulæ doliis (*purgandis*) Cat. 26. *Nimirum* fcopæ *minuta ramenta cujuslibet fruticis aut arboris. Plin. Valer. 2, 10:* Superfpergas fcopas cypreffi in tefta ovi calefactas. *It. 1, 64:* Marrubii fcopas cum pane decoques, eafque bibes. *Hæc Barthius 6, 17.* fcopula picatur dolium, Col. 12, 18. fcopulis aridæ myrti, Col. 12, 38.
Scopus. fcopi uvarum, Varr. 1, 54. 2, 4. *pediculi, quibus adhærent acini.* in fcopis incendamus radices afparagi, Pall. 3, 24. *add.* Pall. 4, 9. *vid.* Scopulæ.
Scoria ferri, Pall. 1, 41.
Scriba librarius, Varr. 3, 2. *Sic Horat. A. Poet. 354,* fcriptor librarius.
Scriblita uti fiat, Cat. 78.
Scripta uti nafcantur amygdala, Pall. 2, 15. fcripta Perficus, Pall. 12, 7.
Scripulum, quarta & vicefima pars unciæ, Col. 5, 1. *ubi ad* jugerum *transfertur, ut &* Varr. 1, 10. fex fcripula picis, Col. 12, 23. fcripula gypfi octo, Col. 12, 28.
Scrobiculo facto, Col. 4, 15. fcrobiculos non maximos, Col. 5, 6. fcrobiculis pedalibus, Col. Arb. 30.
Scrobs totus, Col. 5, 5. tripedaneus, Col. 5, 5. alveo fimilis, Col. 4, 4. clibano, Col. 5, 10. Arb. 19. * fcrobis latus pedum duorum, Col. 5, 6. fcrobis *etiam fæpe cafu*

Secundarium mel, Col. 12, 11. oleum, Col. 12, 52. fecundarium paffum, Col. 12, 39.

Secundum flumen ædificare, Varr. 1, 12. vias & amnes, Varr. 1, 14. auriculas foratis cornibus, Col. 7, 3. terram præcidere arbores, Varr. 1, 27.* fecundum panicum, *h. e. poft*, Cat. 54. vindemiam, Cat. 114.

Secundus. fecundum florem agere, Col. 2, 16. in fecunda labra, *i. e. fecundi ordinis*, Col. 12, 50. * fecundæ non refpondent fœtæ, *h. e. non fequuntur*, Col. 7, 7.

Secures, Cat. 10. cruentæ minaciter levantur contra grandinofam nubem, Pall. 1, 35. fimplices vel dolabratæ, Pall. 1, 43. fecuris falcis, Col. 4, 25.

Secus. utrinque fecus, Cat. 21. utrumque fecus, *ibid.*

Sed, *pro* immo, Col. 12, 44. fed &, fed nec, *fine* non tantum, Col. 1, 6 & 7.

Sedentaria ejus opera eft, Col. 12, 3.

Sedeo. fedet omni parte furculus, *convenit*, *ut veftis*, Col. 4, 29. in oppido federe, *ad defidiam*, Varr. 2, Præf. fedendo vincit Romanus, Varr. 1, 2. fedentur equi, *equitantur*, Veg. 1, 56.

Sedes cuftodiæ, Col. 11, 1. fedem quærunt gallinæ parituræ, Col. 8, 14.

Sedilia avium, Varr. 3, 5.

Sedule circumire aviaria, Col. 9, 9.

Sedulitatem fummam defiderat equinum pecus, Col. 6, 27.

Sedulus olitor, Col. 10, 148. fedula cura, Col. 8, 1.

Sedum. fedi fucco medicata femina, Col. 2, 9. 10, 356. 11, 3. Pall. 10, 3.

Seges, *ager ferendus*, Cat. 36 & 37 *aliquoties*. Varr. 1, 29. fegetes feminari debent, Col. 2, 14. in fegete relinquunt ftramen fuccifum, Varr. 1, 50. ftramenta ftantia, Varr. 1, 50.* *fruges ftantes.* demeffis fegetibus, Col. 2, 9. antequam feges in articulum eat, Col. 2, 12. de fabis. uligo fegetem enecat, Col. 2, 9. adultæ fegetes, Col. 2, 9. quæ feges grandiffima atque optima fuerit, Varr. 1, 52. fegetes novæ ne a diris animalibus carpantur, Col. 10, 351. fatifcit fegetibus folum, Col. 2, 14. *add.* Col. 2, 16. fegetes lætas excitaret, Col. 2, 16. ager affert, Col. 2, 18. fegetes herbidæ, graminibus mixtæ, Col. 1, 6. fegetum arborumque fœtus, Col. 2, 2. * *femen.* fegetibus, quæ in eo *loco* feminari debent, Col. 2, 14. fabacea feges aliquanto ferius

prodit, Varr. 1, 45. *Sed possis utrumque locum etiam de germinibus ipsis accipere.*

Segnities figuram benignitatis imitatur, Pall. Inf. Præf. segnitiæ immundæ, Col. 9, 5. * segnities ventorum, Col. 2, 21.

Σειροὶ speluncæ condendis sub terra granis, Varr. 1, 57 & 63. Col. 1, 6.

Sejanæ ædes, Varr. 3, 2. pastiones, Varr. 3, 2.

M. Sejus, Varr. 3, 2, 6 & 10.

Seligere, Col. 1, Præf.

Sella pertusa, Cat. 157. sellæ familiaricæ, Varr. 1, 13. *etiam* sellam *simpliciter ita dici, observat Rhodius Lex. Scribo. it.* cathedram, *Apul. de Virtut. herbar. c. 89.* * sella & cella *confunduntur* Cat. 13 & 14. *vid.* Cella. * equi necessarii sellis, Veg. 4, 6. *np. ad vecturas & gestationes itinerum molliores.*

Sellaria jumenta, Veg. 1, 56. quæ sedentur, Veg. 4, 7.

Semen duum generum, Varr. 1, 39. quæ duplici semine, & quæ simplici, Col. 2, 12. Pall. 6, 1. vetus semen commutat naturam, Varr. 1, 40. qualia semina sementi legenda, Varr. 1, 52. Col. 2, 9. degenerant etiam lectissima, Col. 3, 10. qua mensura quoque loco quæque spargenda, Col. 2, 9. Pall. 4, 3. 10, 3. remediis quibus juventur, Col. 2, 9. Pall. 10, 3. ne a diris animalibus carpantur, Col. 10, 351. proventus cujusque prænosci ut possit, Pall. 7, 9. semine sata ruta, Col. 11, 3. obruitur beta, Col. 11, 3. semina de tabulato, Col. 2, 18. fœni, Col. 2, 18. * semina (*arborum*) cum radicibus, Col. 5, 10. pomariis qualia legenda, Col. Arb. 20. vitiario, Col. Arb. 2. vinitori, Col. 3, 10. vernacula peregrinis aptiora, Col. 3, 4. e fœcunda matre petenda, Col. 3, 6. seminum æternitati ut consulatur, Col. 4, 17. * semina quadrigarum, Col. 3, 9. boni seminis pecus, Varr. 2, 2. semen pulli an habeant ova, Varr. 3, 9. seminis boni columbæ, Varr. 3, 7. semine meliore quæ capræ, Varr. 2, 3. seminibus marinis repleti lacus, Col. 8, 16. * ovium semen tardius, caprile mobilius, *h. e.* agnæ, capellæ, Varr. 2, 3. semen conceptum reddunt asinæ, *h. e. pariunt*, Varr. 2, 6.

Sementis præparatur, Col. 11, 2. quomodo facienda, Cat. 27 & 30. *it.* 34. per sementim, Cat. 17. strenue facienda est, Col. 11, 2. sementi media & ultima, Col. 2, 10. sementi facta, Col. 11, 2. ante aliam sementim, *ibid.*

ſementem auctumno facere, Col. 2, 16. confeciſſe, Col. 11, 2. * ſementis *a* ſatione *quid differat*, *vid.* Satio.

Sementivis feriis, Varr. 1, 2. *ab his feriis dicta forte* ſementiva *an* ſementina pira, Cat. 7. Varr. 1, 59. *quod eo tempore matura eſſent. Schœttg. ex Dalechampio ad Plin. 15, 15.*

Semeſtrium hoc, *dimidia menſis pars pro* ſemimenſtruum, *ut* ſemodius *pro* ſemimodius. *Scilicet*

Semi *dimidium ſignificat in compoſitis*, *ut* ſemiacerbæ uvæ, Pall. 9, 13. ſemicirculus ager, Col. 5, 2. ſemicoctum hordeum, Col. 8, 5. Pall. 1, 27. ſemicrudum lupinum, Col. 6, 25. ſemiformis lunæ ſpecies, Col. 4, 25. ſemiformes pulli, Col. 8, 5. ſemifunium, Cat. 135. ſemi-Græci paſtores, Varr. 2, 1. ſemihominis mandragoræ, Col. 10, 19. ſemijugerum, Col. 4, 18. 5, 1. ſemimadidus, Col. 2, 4. ſemimares capi, Col. 3, 9. 8, 2. ſemimaturus, Pall. 4, 10. 7, 12. ſemimenſtruum, *vid.* ſemeſtrium. ſemimodius, *vid.* ſemodius. ſemipedali ſpatio, Col. 11, 3. 12, 50. ſemipedanea terra, Col. 4, 1. ſemipiſcina, Varr. 1, 13. ſemiplenus, Col. 5, 5. 9, 15. Pall. 3, 32. Semis, ſemiſſis, *vid. ſeparatim.* ſemiſicci thalli, Pall. 3, 24. ſemitrita frumenta, Col. 1, 6. Pall. 1, 36. ſemivietæ uvæ, Col. 12, 16. ſemivocale inſtrumentum, Varr. 1, 17 & 19. ſemuncia mellis, Col. 12, 57. jugeri, Col. 5, 1 & 2. ſemunciæ bene plenæ menſura, Col. 12, 21. *æquipollet* ligulæ, *quæ eſt pars XXIV heminæ, atque adeo ejus ſemuncia. Eſt etiam* ſemuncia *in inſtrumento ruſtico* Cat. 10 & 11. *vid.* Semis.

Seminalis vicia, Col. 11, 2.

Seminarium pilum, Cat. 10. * ſeminaria omne genus, Varr. 1, 29. ſeminarium ut faciendum, Cat. 46. Col. Arb. 1 & 2. Pall. 3, 10 & 18. ſeminariorum foſſio, Pall. 3, 20. 6, 4. ſeminaria e baccis, Pall. 4, 8.

ad Seminationem onagrus idoneus, Varr. 2, 6.

Seminium pecoris, Varr. 2, 1, 3 & 6. 3, 9.

Semino. ſeminare agrum non in lira, ſed ſub ſulco, Col. 2, 4. quo tempore quæque conveniat, Col. 2, 8. * ſeminando mularum generi, Col. 6, 37. ſeminaſſe marem cenſetur, Col. 6, 24. ſeminanda armenta, Col. 6, 24.

Semis, *quod alias adjectivum eſſe ex ἥμισυς Gronovio credimus, interdum (nec ipſo diſſimulante tamen p. 382) videtur contractum ex* ſemias, *& ſubſtantivi rationem habere, ut* pars dimidia — hoc eſt ſemis, in quo ſunt *rel.* Col. 5, 1. *ut Voluſius,* in dextante ſunt — ſemis & triens, *& ſæpe ad eum*

modum: nec aliter aut ipse, aut Balbus mensor. Obliquos casus damus in semissis *statim. nunc persequamur adjectivum.* * pede uno semis, *intell.* &, Pall. 2, 15. pedum duorum semis, Pall. 2, 10. 3, 10. duobus semis pedibus, Pall. 2, 10 & 13. duo semis pedes, Pall. 3, 9.

Semissis. *non puto exstare nominativum indubium hujus formæ: sed est ipsum* semis *pro* semias, *cujus obliqui* semissis *pro* semiassis, *rel.* semissem supra duos pedes, Col. 4, 3. dipondio semisse, Col. 11, 2. unius & semissis modii, Pall. 1, 29. semisses usurarum, Col. 3, 3. semissium usura, *ibid.* * *ut* sestertii *nomen ad rusticum instrumentum translatum, ita ad veterinarium* semissis, *cujus integrum vel* as *videtur* Cyclus, *de quo suo loc.* Uritur ad mensuram semissis, Veg. 3, 41. semisse inuris cauterio, Veg. 2, 11. *Hinc*

Semissantur pedes equorum, Veg. 1, 26 & 38. *h. e. inuruntur, sanguine prius emisso.*

per Semitas aqua ministratur, Col. 2, 11.

SEMNOLOGIAS *exempla:* Id quod decidit, Col. 6, 5. id quod egerit sus, *ibid.* cibi digesti, Col. 8, 3 & 7. quod eum inquinat locum, Varr. 3, 7. succus villarum, Pall. 3, 23. naturalia præcludunt, Col. 8, 5. ut alvus exitum non habeat, Col. 8, 5. loca naturalia (*podex*) Col. 8, 7.

Semodialis placenta, Cat. 76.

Semodius fabæ, *qu.* semimodius, Col. 6, 3.

Sempervivæ succus, Pall. 1, 35. *appellatur a Græcis* aizoon, *i. e. semper viva. Alii* buphthalmon *vocant, quasi oculum bovis. Alii* zoophthalmon. *Sunt qui* ambrosiam. *Latini* sedum *appellant, aut* oculum, *aut* digitellum. *nascitur in tegulis, seriturque in vasculis fictilibus. Beroald.*

Senescere ultra quadrimatum, Col. 9, 1. senescentis succi vim iterare, Pall. 3, 28. * senescunt agni desiderio matrum, Varr. 2, 2. perpetuo custodiæ servitio contristatæ senescant, Col. 8, 8.

Senex. senem servum vendat paterfamilias, Cat. 2. seniorum imperia, juvenum officia, Pall. 1, 6.

Seni. sena & terna ova, Col. 8, 11.

Sensus vigentis adolescentulus, Col. 11, 1. * cum magno sensu atque cautela, Veg. 3, 15.

Seorsum in nova labra transferre, Col. 12, 52.

Separatim scripta, Varr. 3, 2.

Separatus. separata generibus vineta, *divisa*, Col. 3, 21.

Sepelire mortuum publicis feriis non licitum, Col. 2, 22.

Sepes horrida rusco, Col. 10, 374. sepem virgeam interponere, Col. 11, 3. sepes quot generum, Varr. 1, 14. hortorum quando & quomodo fiant, Pall. 3, 24. viva structili melior, quomodo fiat, Col. 11, 3. Pall. 1, 34.

Sepiæ testa trita, Col. 6, 17. ossa, Veg. 4, 27 *& sæpe.*

Sepimentum naturale, Varr. 1, 14. fabrile & militare, Varr. 1, 14.

Seplasiarii *lego pro* supplassariis, Veg. 3, 2.

de Septem unus, Col. 1, 1.

Septembris descriptio & opera, Col. 11, 2.

a Septemtrionum regione, Varr. 1, 57.

Septemtrionales venti, Col. 11, 2. septemtrionalis terræ pars salubrior, quam meridiana, Varr, 1, 2.

Septena jugera Liciniana, Col. 1, 3. *cf.* Varr. 1, 2. septenum amphorarum, Col. 12, 28.

Septimontialis satio, Col. 2, 10. *Dicta a Septimontio, quod erat festum Romanorum, mense Decembri paulo ante Saturnalia celebratum, propterea quod eo die septimus collis urbi additus est. Vid. Festum in* Septimontium, *Parrhasium ep. 57, Torrentium ad Suet. Domit. c. 5, Rycquium de Capitolio c. 1. Potest ergo hinc recte* septimontialis *fabarum* satio *dici, id quod præter consensum codicis F. Ursini inde probo, quia, ut noster auctor in sequentibus ait,* post brumam non recte seritur. *Ergo recte ante brumam, quando celebrabatur Septimontium. Schættg.*

Septimontium, Pall. 13, 1.

Septingenarii greges, Varr. 2, 10.

Septuagies septuageni, Col. 5, 2.

Septum venationis, *vivarium*, Varr. 3, 12. septa fundi tutandi causa quatuor generum, Varr. 1, 14. villæ, Varr. 1, 11. e maceriis, Varr. 3, 12. septa repetit pecus, Col. 6, 23. * de piscina, Col. 8, 17. *ita* Consepta.

Septunx jugeri, Col. 5, 1.

Sepum ursinum, Pall. 1, 35. *vid.* Sevum. *passim ita est in Vegetio.*

Sequestratum animal, *separatum*, Veg. 1, 29.

Sequor. sequitur gregem clades, Col. 7, 4. sequuntur instrumenta, *h. e. una afferuntur*, Varr. 2, 10. sequens usus, *posterior*, Pall. 6, 7. sequente anno, Col. 5, 6. sequens numerus, Col. 8, 1. cura, Col. 2, 12. *i. e. proxima.* sequenti biduo, Col. 11, 2. sequendum in seminio legendo Tanagricos, *h. e. quærendum*, Varr. 3, 9. sequendum nobis tri-

plici regula, Varr. 1, 19. *Ita fere* Pall. 4, 12. *add. Wassi ad Sall. Catil. c. 61. Schœttg.*

Seræ transversæ, *vectes transmissi per vacerras*, Col. 9, 1. *Ita etiam Gloss. vet.* sera, μοχλός. *Ovid. A. A. 2, 244:* Opposita janua fulta sera. *Ita enim melius, quam* apposita, *quod ex uno MS. reponit Heinsius.*

in Sereno noctu, Cat. 156. sereno, *int. die*, Pall. 1, 30.

Sergiana olea, *vel* Sergia, Cat. 6. Col. 5, 8.

Sergius Orata, Varr. 3, 3. Col. 8, 16.

Seriæ, Cat. 12. oleariæ, Varr. 3, 2. ut præparandæ, Col. 12, 50. vindemiis ut parentur, Col. 12, 18. amphorarum septenum, Col. 12, 28.

Seriola, Pall. 4, 10.

Seris, σέρις, iutubi species, Varr. 3, 10. Col. 8, 14.

Sero. serere oculos, Cat. 45 & 46. quando incipiendum, Varr. 1, 34. ne dubites, Col. 11, 1. quo quidque loco expediat, Varr. 1, 23. seri diligentius quæ voles, Cat. 133. quantus cujusque seminis modus sufficiat agro, Varr. 1, 44. ante brumam quæ possint, Pall. 13, 1. serendum viciam *vel.* Varr. 1, 32. seri plantis, Col. 11, 3.

Sero facere, Cat. 5.

Serotina ficus, Pall. 4, 10. pulli, Col. 8, 5.

Serpens ne nascatur in sterquilinio, Varr. 1, 39. serpentes ut abigantur, Col. 7, 4. 8, 5. Pall. 1, 35. 12, 13. serpentis ictui remedium, Cat. 102. Col. 6, 17. pellis medic. Col. 6, 4.

Serpo. serpit oculus harundinis, Col. 11, 3. serpentia gramina, Col. 10, 119.

Serpullum, *vel* serpyllum, Cat. 73. unde dictum, Varr. 1, 35. ejus satio & cultura, Col. 11, 3. Pall. 4, 9. in serpyllum mutatur ocimum, Pall. 5, 3.

Serram ducere *cum aliquo*, Varr. 3, 6. *i. e. adversari alicui. Adversi enim sunt inter se, qui simul serram ducunt & reducunt. Ursin.*

Serrula desecare, Col. Arb. 6. serrulæ manubriatæ, Pall. 1, 43.

post Serraturam, Pall. 3, 17.

Serta, Cat. 113. Campanica, Cat. 107. Col. 12, 20. *est herba, quæ alio nomine* Melilotum. * grossi lino velut serta pertusi, Pall. 4, 10. serta *plur. de lineis radicum scillæ*, Pall. 8, 6.

Servio. brassica, quæ cauli serviet, Pall. 5, 3. servit

truncus viti, Col. 4, 29. servire alicui operi consueverunt vaccæ, Pall. 8, 4. servire insito, Col. 5, 11.

Servitium perpetuæ custodiæ, Col. 8, 8. servitio liberatæ, Col. 8, 11. * servitia, *servi*, Col. 11, 1,

in Servitute non fœtant silvestres gallinæ, Col. 8, 12 & 15.

Servo. servare ferias, Cat. 5. in vetustatem, Cat. 114. servat, ne, Col. 8, 5. servandum est, *observandum*, Pall. 12, 7.

Serus. seram facere ficum, Col. 5, 10.

Servus. qui servi cuique officio præficiendi, & ut tractandi, Col. 1, 8. soluti, vincti, Col. 1, 6. servorum cellæ, *ibid.* servæ ut tractandæ, Col. 1, 8.

Sesami satio, Col. 2, 10. Pall. 10, 7. 11, 1. sesama seruntur, Col. 2, 10. 11, 2. torrefacta, Col. 12, 15 & 57. Sisamum *quidam libri, ut apud Hesych. σισαμίς. Sed σήσαμον usitatius. Sylb.*

Sescuncia laseris, Col. 12, 57. jugeri, Col. 8, 2.

Sesquicullearia dolia, Col. 12, 18.

Sesquimenses, Varr. 1, 27. sesquimense natu pulli, Varr. 3, 10.

Sesquimodius, Varr. 1, 42. Col. 2, 13.

Sesquiopera, Col. 2, 13.

Sesquipedali altitudine, Col. 11, 2 & 3. mensura, Col. 9, 15. sesquipedales taleæ, Col. 5, 9.

in Sesquipedem ponitur cytisum, Varr. 1, 43.

Sessiles malvæ ut fiant, Pall. 11, 11. sessilia pira minimo pediculo, *Plin. 15, 16.*

Sessor, *eques*, Veg. 1, 56.

Sestarius, *sextarius*, Col. 6, 30 & 31. Cat. 158.

Sestertiis sexcentis numis, Col. 3, 3. *pro* sestertia millia *legendum, si Gronovium audimus Pecun. Vet. 1, 4 p.* 22. sestertiûm, Varr. 2, 1. 3, 6, 16 & 17. Col. 3, 3.* sestertium bipalium rusticis, Col. Arb. 1.

Sestiana mala, Col. 5, 10. 12, 45. *Hinc Harduinus apud Plin. 15, 15,* pro Gestio *mallt* Sestium, *vel* Cestium, *quod* Κεστιανὰ μῆλα *a Galeno laudentur κατὰ τόπους, 2, 1 & 6, 9. eadem* Sextiana.

Seta quæ probetur in suibus, Col. 7, 9. setis pendentibus laquei talpis, Pall. 4, 9.

Severitatem verentur subjecti, sævitiam detestantur, Col. 11, 1.

Sevum liquefactum, Pall. 1, 41. candens, Col. 7, 5. hircinum, Veg. 3, 1 & 4. caprinum & bubulinum, Veg. 3, 4.

vid. Sebum, sepum, sibum, *omnibus enim hisce modis scriptum invenias. Sed tamen in scriptura v. c.* sepum, *nullo loco consentiunt libri, sed, ut apud Palladium, meliores habent* sevum.

Sexcenas urnas, Col. 3, 3.

Sexcenteni malleoli, Col. 3, 5. urnæ, Col. 3, 9.

Sexcuncia, *vid.* Sescuncia.

Sextans jugeri, Col. 5, 1. picis, Col. 12, 23.

Sextarium olearum, Cat. 13. sextarii urbici, Pall. 2, 18.

Sextiana mala, *vid.* Sestian.

Sextilius Prætor, Varr. 1, 1.

Sextula jugeri, Col. 5, 1 & 2.

Sexto decimo Kal. Jan. Col. 11, 2.

Si minus, *si non*, Col. 1, 8. 5, 6. 11, 2. 12, 22 & 57. * gusta, si receperit salem, *pro* an, Col. 12, 54. *sic* Col. 8, 5. 9, 1. * si quis voles, Cat. 106.

Sibi *post* suo *abundat* Col. 12, 41.

Sibilo allectare boves, quo libentius bibant, Col. 2, 3.

Sibum, *pro* sevo, *MS.* Veg. 2, 64. 3, 66.

Sibylla cecinit etiam posteris, Varr. 1, 1.

Sicaniis montibus, Col. 10, 170.

Sicani Halesi flores, Col. 10, 268.

Sicardicius equus, Veg. 1, 25. sideratus *MS.*

Siccaneum pratum, Col. 2, 17. siccanea loca, Col. 2, 2. 4, 30. 11, 2.

Sicce stabulari, Col. 6, 12.

Sicco. ubi siccaverit, *intrans.* Cat. 112. siccari in sole, Col. 12, 14.

Siccus morbus boum, Veg. 3, 2. *vid.* Aridus. ad siccum recidi non debent radiculæ vitium, Pall. 11, 5.

Sicilicus jugeri, Col. 5, 2.

Sicilimenta e prato, Cat. 5. *sunt autem non aliud, quam* desegmina: *nam veteres* sicilire *pro* secare *usurpabant. Meurs. qui utitur deinde locis jam laudandis, & addit, hinc* sicilix & sicilicum *apud Festum.*

Sicilire pratum quid? Varr. 1, 49. Col. 2, 22.

Siculus bulbus croci, Col. 9, 4. Siculum mel fert palmam, Varr. 3, 16. Siculi solum mutarunt, Col. 1, 3.

Sicut adolescit olea, terram subinde colligimus, Pall. 5, 2. *Galli*, à mesure que. * sicuti matri cohærent, *h. e. eo situ, statu*, Col. 5, 11.

Sideraticia jumenta, Veg. 3, 35.

Sideratum jumentum, Veg. 2, 39. *Vid. Hippiatr.* 2, c.

106, ubi docetur, siderationem esse in jumentis, qui in hominibus morbus comitialis est.

Sidereus vates, Col. 10, 434. sidereo cum arcu, Col. 10, 292.

Sido. cum siderit pix, Col. 12, 24. *pro* sederit. *ut alia* præterita (*vid. h. v.*) *præsentis characterem servantia. ita* subsido.

Sidus. sideris æstivi vapores, Col. 2, 21. sidera terrestria flores, Col. 10, 96.

Signia monte Lepino, Col. 10, 131.

Significat tempestatem Africus, Col. 11, 2. ἐπισημαίνει, *h. e. ortu suo testatur, venturam esse tempestatem. Distinguitur ab hoc, quod mox sequitur*, tempestatem facit; *quod notat, eo ipso momento, quo hic vel ille ventus aut stella oritur, tempestates affert. Schœttg.*

Signina pira, Col. 5, 10. Alii a colore testacea appellant, *Plin. 15, 15. Forte ab* opere Signino. *Schœttg. Jo. Rhodius ad Scribo. c. 104, p. 175, a Signia oppido & ipsa dicta arbitratur.** Signino opere, Col. 1, 6, 8, 15 *&* 17. *vid. Hard. ad Plin. 35, 46. extr. Vitruv. 8, 7. Nimirum ab urbe Campaniæ & ipsum nomen habet.* Signino (*int.* opere) constrati lacus, Col. 9, 1. Signini parietes, Pall. 1, 17. cameræ, Pall. 1, 40.

Signum id habebit, an *&c. i. e. eo signo cognoscet, an*, Col. 8, 11. signo pastorali quasi receptui canitur, Col. 6, 23. signa moventes milites, Col. 9, 9. signa XII, (*zodiaci*) Varr. 2, 1.

Sil Gallicum, Veg. 3, 27. 4, 28.

Sileo. silet aura, Col. 2, 21. silentibus ventis, Col. 12, 25. silentis spiritus diem, Col. 3, 19. silente etiam me, Col. 9, 1. silentia ova, Col. 8, 5. *in quibus pulli silent.** silenti luna, Cat. 29, 40 *&* 50. Col. 2, 10.* dum silent virgæ, *h. e. nondum germinant*, Col, 4, 30. silentes vineæ, Col. 4, 27. sarmentum silens, Col. 4, 29. flos, Col. 12, 7. silentes coliculi ferularum, *ibid. ex nostra emendat.* surculi *ad insitionem*, Col. 11, 2.

Siler amnis, Col. 10, 136.* siler montanum, Veg. 3, 4.

Silex vineis amicus, Col. 3, 11. silice strata area, Pall. 1, 36. silices lapides, Cat. 18.

Siliculam *f.* siliquulam cepit lupinum, Varr. 1, 23.

Silignea farina, Cat. 25 *&* 121.

Siligo ubi serenda, Cat. 35. e tritico, Col. 2, 9. solum

quod desideret &c. Col. 2, 9. siliginis habenda secunda conditio, Col. 2, 6.

ad Siliquas nondum pervenere fabalia, Varr. 1, 23. *add.* Col. 2, 10. * siliquam rustici vocant fœnum Græcum, Col. 2, 11. 11, 2. *Hanc Bokshorn vel Kühhorn nostri vocant.* * siliqua Græca, *arbor*, κεράτιον, Col. 5, 10. 7, 9. Arb. 25. Pall. 3, 25. Inf. 117. *conf. Plin.* 15, 24. *Plurima nascitur in Syria & Græcia, Germani vocant Johannisbrodt, Græci κεράτια, Judæi Bockshorn. Erat autem in Syria cibus non pauperiorum solum, sed & animalium, e. g. suum. apud Lucam* 15, 16, *de filio perdito:* καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι. *Columella quoque* 7, 9, siliquas Græcas *inter suum pabuli commemorat. Titus Bostrensis in comment. ad locum Lucæ citatum tribuit ipsis* γεῦσιν γλυκεῖαν, καὶ μετὰ ταῦτα τραχεῖαν, gustum suavem, qui tamen adjunctam habeat nonnullam asperitatem. *Plura Bodæus a Stapel ad Theophrasti hist. plant.* 4, 2. *Salmasius de homonymis hyles iatricæ. c.* 82. *Knatchbull ad Matth.* 3, 4. *Schœttg. add. Rhod. ad Scrib. c.* 121, *p.* 191.

Silphium inradere, Cat. 157. σίλφιον laserpitium, Col. 6, 17. laser, Col. 12, 7 & 57.

Silva barbarica *s.* conseminea, Col. 11, 2. cædua, glandaria, Cat. 1. Varr. 1, 7. Col. 3, 3. * silvæ aquatilis radices, scirpi, arundinis, junci, Col. 7, 9.

Silvanus Mars, Cat. 83.

Silvatica laurus, Cat. 8. mala, Cat. 143. pirus, Varr. 1, 40. salix, Pall. 9, 8. silvaticæ falces, Cat. 11. Varr. 1, 22.

Silvescere frondibus, Col. 4, 11.

Silvester ager culto *oppon.* Col. 1, Præf. silvestris ager exstirpatur, Col. 11, 2. mons, Varr. 1, 12. regio in agrorum formam ut redigenda, Col. 2, 2. & montosus situs, Col. 7, 2. silvestres arbores, Col. 3, 1. ac feri arietes, Col. 2, 7. gallinæ, Col. 8, 12. silvestria ingenia deponunt aves, Col. 8, 15.

P. Silvinus *compellatur in Columellæ præfationibus, & interdum in fine. testis citatur* Col. 3, 9.

Silvulæ tamaricum, Col. 8, 15.

Similis soliditati pollicis, *æqualis*, Pall. 5, 4.

Simonianum trifolium idem quod acutum, Græcis ἀσφάλτιον, Col. 6, 17. Veg. 3, 4. *Bodæus a Stapel ad Theophrasti hist. plant.* 4, 11, & *Harduin. ad Plin. H. N.* 21, 9, *a Simo medico, quem Plinius indice lib.* 21 *laudat, nomen trifolii*

Simoniani deducunt. Schœttg. Symonianum *legit Rhod. ad Scribo. c. 163, p. 240, & suspicatur a Syme insula dictum, Straboni memorata. Sed Hadr. Junius pro* Simonianum *legi vult* sitet montanum; *cui adstipulatur Morgagnus III, 31.*

Simplicet radicem, Pall. 2, 15.

Sin autem, *si non*, Col. 12, 38.

Sinapi (sinape) ut colatur, Col. 11, 3. Pall. 3, 25. 11, 11. ut condiatur, Pall. 8, 9. Col. 12, 55. fletum factura sinapis, Col. 10, 122. sinapi Alexandrinum, Veg. 4, 17. *vid* Sinopis.

Sinapizare, Veg. 2, 6. 3, 34. *est* sinapi *emplastri instar imposito erosionem procurare, quæ* Sinapismus *vocatur, & in hominum etiam curatione olim fuit usitatissimus, immerito postea neglectus, ut queritur in Definitionibus Medicis Gorræus, qui illud etiam docet, in capitis præsertim morbis feliciter esse adhibitum. De ratione* Sinapismi (*qui convenit cum hodiernis vesicatoriis & usu cantharidum*) *etiam multa disces ex Cœlio Aurel. Acut. 2, 9, 40 sqq. & alias; qui ipso etiam verbo* sinapizat *utitur tum alias, tum Tard. 5, 2, 26.*

Sinceritas firma capitis, Pall. 1, 3. sinceritatem habere, Col. 4, 26.

Sincerum Amineum, Col. 12, 45.

Singultientem matrem sequuntur pulli, Col. 8, 11.

Singultu nutricis pulli revocantur ad villam, Pall. 1, 28. singultus nutricis sequuntur pulli, Col. 8, 11. singultibus crebris interjecta voce acuta, gallinæ se parturire significant, Col. 8, 5.

Sinistræ manus vis in herbis colligendis, Col. 6, 5. Veg. 3, 2. sinistrum ædificii solum, Col. 1, 5.

Sinitur ibi fermentari, Col. 12, 17. sinuntur regelare, Col. 11, 2.

Sinopis Ponticus (*ita barbare editum*) ad vermes, Veg. 1, 44. 3, 6. *De usu medico Plin. 35, 13, Dioscorides 5, 111.* Sinapis & sinopis *confundi a librariis, docet Morgag. IV, 51.*

Sinum lactis, Col. 7, 8.

Sinus ære plenos reportare, Col. 10, 310. *Virgil. Ecl. 1, 36:* Nonnunquam gravis ære domum mihi dextra redibat. *Schœttg.* * suppurationis, Col. 6, 11. Veg. 3, 4. sinum fecit destillatio, Veg. 2, 43. * sinus falcis, Col. 4, 25.

Sipho, quem diabeten vocant mechanici, Col. 3, 10. per siphonem succum evocare, Col. 9, 14.

Sirapa quomodo fiat, Col. 12, 48. *lemma.*

Sircitulæ uvæ, Col. 12, 43. *easdam* Hirtiolas & Sticulas *ait Sylb.*

Siri, *vid.* Σειροί.

Sirius ardor, Col. 10, 289.

Sirpus. sirporum fruteta, Col. 8, 15.

Sirpeæ stercorariæ, Cat. 10 & 11. Varr. 1, 23. *vid. Popma de instrum. fundi 8. Varr. de L. L. 4, p. 34, & ibi Scalig. p. 60. Male exponi per vehiculum, sed vehiculo imponi, observat Gronov. ad Plaut. Pseud. 1, 3, 98. Optime Schefferus de re vehic. 1, 7, p. 64:* Sirpea, oblonge quadrata capsa, e virgis contexta corbis instar, quæ imponitur vel trahæ, vel plaustro, rebus vilioribus in agro vehendis. *add. Scheffer. 2, 20, p. 262.*

Sirpiculæ falces, Varr. 1, 22. scirpiculæ, Cat. 11. *Salmasius ad Solin. c. 35, p. 414, conjecit* sarpiculæ *a* sarpendo, *h. e. putando. Schœttg. Potest ex sarpicula ortum esse* scirpicula, *distracto in duas literas* a, *tanto quidem facilius, quod, alia licet significatione,* scirpus *s.* sirpus *nota sunt.* Sarpa *est* ἅρπη, *ut in multis aliis spiritu aspero in S mutato.*

Sirpiculum vimine textum, Col. 10, 305.

Sirpiculi jugorum, Varr. 2, 2. *Intelligo corbes duas, jugo, h. e. ligno transverso, aliquantum incurvo junctas, cujus ope unus vel homo vel asinus binas humeris vel tergo portare potest. Ita comparatio sic satis bene procedit: duæ pastiones, præsertim si convalles sint, duo sirpiculi sunt, qui interjecta calle publica tanquam jugo continentur & junguntur.*

Sisamum, *ut scribitur* Pall. 10, 7, *vid.* Sesam.

Siseris radix ut condiatur, Col. 12, 56. Siser, *radicula illa dulcis, foliis pastinacæ similibus, nostris & Belgis a sacharo cognominata.* ex sisere flore liquidum mel faciunt apes, Varr. 3, 16. *Sed verissima est Pontederæ emendatio* ciceris flore.

in Sisymbrium mutatur ocimum, Pall. 5, 3. sisembrium scribitur Veg. 3. 3 b. Menthæ *genus, Ross-Müntz, Wasser-Müntz.*

Siticulosum solum, Col. 3, 11. Pall. 2, 13.

Sitienti aqua tepida datur, Varr. 2, 1.

Sitis æstatis, Col. 11, 3. *it.* Col. 10, 144. *siccitas.*

in Situla apponitur aqua bovi, Veg. 3, 31.

Situlus aquarius, Cat. 10 & 11.

Situs, *a, um.* sita siet aqua plus horam unam, *steterit,* Cat. 89.

Situs ævi longus, Col. 1, 1. situm aut mucorem con-

trahit, Col. 12, 17. situ mucorem contrahunt penora, Col. 12, 4. situ dilabi, Col. 12, 3. vetustatis, Col. 2, 18. vallis & uliginosi campi, Col. 3, 19.

Sleta qua trictores utuntur, Veg. 2, 49. *Quæ sit* sleta, *qui* trictores? *nec invenio, neque comminiscor.*

Smyrnæ vites biferæ, Varr. 1, 7.

Smyrneum *s.* smyrnion, Cat. 102. σμύρνιον, atrum olus, Col. 11, 3. *s.* semen olusatri, *quod vult Rhod. Lex. Scrib.*

Soboles (suboles *plerumque Pol. & Lipf. MSS.*) generet varias, Col. 10. 213. caprarum depellenda, Col. 7, 6. adhærentes cepis, Col. 12, 10. cinaræ, Col. 11, 3. arboris, Col. 5, 11. per brumam possunt cædi, Col. Arb. 5 & 10. a radice exstirpandæ sunt, Col. 4, 24. Pall. 12, 7. sobole feruntur tuberes, Pall. 10, 14. pistacia, Pall. 11, 12. ex sobolibus ulmi, Col. 5, 6. *Quoties igitur de planta dicitur, intelliguntur ea, quæ circa caput plantæ ex ipsa radice enascuntur; in arboribus*, stolones

Societas major cum campestri fructu, *h. e. convenientia, similitudo*, Varr. 1, 6.

Socio. sociare cum scientia diligentiam, Col. 3, 3.

Sol & luna invocati, Varr. 1, 1. cum sol in occasum fuerit, Col. 12, 15. unam particulam (*Zodiaci vel Eclipticæ potius*) biduo tenet, Col. 11, 2. solis cursus annalis uti descriptus, Varr. 1, 27. solem prono ventre sequitur malache, Col. 10, 247. in sole siccari quæ soleant & quomodo, Col. 12, 14. in sole, Veg. 3, 18 & 24. sole toto siccare, *h. e. die*, Pall. 4, 10. sole candente, Col. 6, 13. Veg. 3, 4. fervente, Col. 6, 13. Veg. 3, 4. a sole percussus, Veg. 3, 56.

in Solariis pavimenta, Pall. 6, 11.

Soleæ jumentorum ferro purgandæ, *ungulæ*, Veg. 1, 56. * solea spartea pes induitur, Col. 6, 12. * soleæ ferreæ, *clavis suppingendæ, in usu non fuisse veteribus videntur. Ne dicam de sexcentis occasionibus, ubi ferra illa commemoranda fuissent, v. g. quod Lucian. Navig. p. 505 Gr. non metuit sibi ab equo delapso a ferreis soleis equorum, sed δέδια, inquit, μὴ τοῦ σαλπιγκτοῦ ἐποτρύνοντος καταπεσὼν ἔγωγε συμπατηθῶ ἐν τῇ τύρβῃ ὑπὸ τοσαύταις ὁπλαῖς: arguit hoc constans & perpetuum silentium Xenophontis, rusticorum nostrorum, Pollucis, Hippiatrorum veterum, Vegetii, qui non poterant transire silentio rem ita necessariam, a qua usus & valetudo equi ita pendet, ut a nulla re magis: ut vel inde patet, quod de ungula,*

ejus conservandæ ac durandæ ratione, morbisque ita sollicite præceperunt. Videat mihi aliquis vel solos Hippiatricos 2, 102 Ruel. aut Veg. 3, 55 seq. & dicat, an homines fuerint, qui nihil ibi de equis ferro calceandis, si tum ea res usu recepta fuit? Pe. de Crescentiis, qui multo brevior fuit in hoc argumento, non omisit de ferrando equo *præcipere 4, 9, quem descripsit, ut alias etiam, Laurentius Rusius, (recentior enim hic puto, certe magis barbarus) hippiatrias cap. 28. Iidem duumviri de* inclavaturæ *(i. e. clavorum male impactorum) quatuor generibus, & curandi ratione, sollicite, & iisdem prope verbis, egere. Crescentius quidem 9, 55, Rusius autem c. 123 — 126. Sed plane ab hac quæstione removendus est, si quis nescit, hoc vel primum mulomedicinæ munus esse; quo etiam factum est, ut ea in solidum pæne ferrariis fabris, ferreas illas soleas suppingentibus scilicet, cesserit. Sed sunt tamen loca, quæ suadere videntur antiquitatem remotissimam hujus rationis. Collegit ea ad Catullum c. 18 Is. Vossius p. 48, & fiducia magna pronuntiat. Operæ pretium fuerit singula inspicere. „ Xenophon, inquit, περὶ ἱππικῆς jubet „ equorum ungulas muniri ferro, περιχηλῶσαι σιδήρῳ. licet vul„ go περιχειλῶσαι legatur, quæ ridicule prorsus interpretes „ accepere, ac si lapides, quibus insistant equi, ferreo labro sint „ includendi, ne diffundantur." Ridiculum illud per nos videatur Vossio; sed Xenophonti quidem ita visum, legentibus attente apparet. Laudaverat initio libelli duras, & cavas easdem, sonorasque adeo ungulas equi, ὥσπερ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ: (hinc poetarum* sonipedes *equi) & laudat in equo militari, venali, ostendens quomodo is explorandus ante sit, quam ipse conscendas. Deinde ubi de stabulo præcipit, sterni illud jubet lapidibus parem fere ungulæ equinæ magnitudinem habentibus. Porro jubet etiam aream exteriorem stabuli (hanc equidem puto dici τὸν ἔξω σταθμὸν) parari, ut dum producitur equus, & ibi stat, destringendi causa, aut muscarum auferendarum, (μυωπιζόμενος ita interpretari malim, quam de muscarum aut calcarium vexatione accipere) pedibus calcat solum, eadem duret & consolidet ungulas. Hunc porro locum ita jubet parari Xenophon: ὡς δ' ἂν αὖ ὁ ἔξω σταθμὸς βέλτιστος εἴη, καὶ τοὺς πόδας κρατύνοι, (hæc haud dubie verior lectio pro vulgato κατευρύνοι, nisi malis καταῤῥωννύοι) εἰ λίθων στρογγύλων, ἀμφιτόμων (minime acutorum, sed præcisorum undique) ὅσον μναιαίους ἁμάξας τέτταρας καὶ πέντε χύδην καταβάλλοι, περιχειλώσας σιδήρῳ, quid quæso vult ferrea regula & quasi labio circumdari? pedes, an lapides fusos? respondeat ipse Xenophon: ὡς ἂν μὴ σκεδαννύωνται, ne*

dissipentur; non profecto ungulæ, quas durari, & ea causa lapidibus vult impingi crebro, sed lapides. itaque pergit, ἐπὶ γὰρ τούτων (λίθων *arbitror equidem*) ἑστηκὼς, ὥσπερ ἐν ὁδῷ λιθώδει κ. τ. λ. *Habet idem præceptum in Hipparchico, non procul ab initio, & addit, qui experimentum facere velit, illum tum cetera crediturum, (de duritie & robore nimirum, ungulis ita conciliando) tum* στρογγύλους τοὺς πόδας τοῦ ἵππου ὄψεται. *Nimirum attritu perpetuo lapidum rotundorum, ungulas & ipsas aliquantum corrotundari necesse est, quæ quidem figura deinde variis noxis occurrit, sed qui quæso rotundabitur ungula lapidum attritu, si solea munita est ferrea? Nimirum non ipsum Xenophontem inspexerat attente Vossius, sed verba brevius, ut solet, excerpta apud Pollucem (1, 200) legerat. Viderat ibi, quod mihi vehementer fit probabile, annotata Salmasio. Hic enim, aliud forte & ipse agens, festinans certe, per primam lectionem, adscripserat,* περιχηλώσας *legendum, idque se alio loco ostensurum, ut multa alia, promiserat. Voluit autem sine dubio significari hoc verbo nusquam præterea, quod sciam, lecto, ungulas,* τὰς χηλὰς *(quæ non nisi improprie de equis dici possunt, cum bifidum quid notent) circumposito ferro munire. Arripuit id Isaacus, nimium credens Salmasio, cui alias non nimium, ut vult videri, tribuit; sed parum, ut vidimus, feliciter. Vocat in partes* χαλκόποδας *Homeri equos, non negat de pedum robore accipi posse. „Sed vero, inquit, longe potior prior mihi videtur expositio, (de soleis e ferro suppactis) quam ipse confirmat Homerus, cum* „ ἐριγδούπους πόδας ἵππων *& alibi* ὑψηχέας *vocat,* διὰ τὸ „ ἠχητικὸν τοῦ χαλκοῦ, *ut recte exponit Eustathius." Cum primum ista legerem, cogitabam, fieri posse, ut, Eustathio prodente, jam mos ille ferrandi equos obtinuerit, isque suorum temporum rationes ad Homeri formulas temere applicuerit. Sed nihil tale Eustathius. Quin ita loquitur, ut ne obiter quidem dicat, unde intelligere possimus, ipsius ætate ferratos esse equos. En verba ad* Ιλ. ν', 23, *pag. 918, 19:* ἰστέον δὲ ὅτι χαλκόποδες ἵπποι οὐ μόνον οἱ στερεόποδες, ἀλλὰ καὶ οἱ ἠχόποδες. λέγει δέ που καὶ ἐριγδούπους πόδας ἵππων, καὶ ὑψηχέας ἵππους (Ιλ. σ', 767, *ubi interpretatur,* ὧν ὁ κρότος ὑψοῦ ἠχεῖ) ὧν ὑψοῦ ὁ ἦχος ἥκει τῶν ποδῶν. ὅτι δὲ ἠχητικὸς ὁ χαλκὸς, ἐξ οὗ καὶ οἱ ἵπποι, ὡς ἐῤῥέθη χαλκόποδες οἱ ἠχόποδες, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ ἤνοπα λέγεσθαι τὸν χαλκὸν, ὅ ἐστιν ἔμφωνον. *Qui Græce intelligunt, illi sentiunt profecto, nihil aliud de Eustathii sententia* χαλκοπόδων *nomine intellexisse poetam, quam* sonipedes, *quorum ungula, ut Xenophon volebat,* ὥσπερ κύμ-

βαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ. *Venimus ad Plinium, qui 33, 49,* Poppæam Neronis *narrat* delicatioribus jumentis soleas ex auro induere solitam. *Mulas recte intelligunt interpretes, præsertim Schefferus de re vehiculari 1, 8, p. 91. Maritum igitur superare studuit luxuria, quem* soleis mularum argenteis usum, *narrat Suet. c. 30. Sed ista quidem aperta dices, lector. Aperta, ut intelligamus, munitos esse aliqua re pedes mularum. Sed quid fuerit, e Græcis jam ostendit ad hunc ipsum locum Casaubonus.* ὑποδήματα *vocat Arrianus Disp. in Arria. 3, cap. ult.* ὑποδήματα ἵππου ὑποδεδέσθαι *dictum ab Artemidoro jam observatum Scaligero ad Catull. l. c. qui Arrianum etiam & Xiphilinum laudaverat. Xiphilinus de eadem re agens,* ἡ Σαβίνη, *inquit,* αὕτη οὕτως ὑπερετρύφησεν, ὥστε τὰς ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὴν ἐπίχρυσα σπαρτία ὑποδεῖσθαι. *Quid essent* sparteæ, *ad Columellam Vegetiumque satis docetur: aureæ & argenteæ soleæ ex filo pretiosi metalli textæ sunt, & alligatæ pedibus, quoties viæ aut luxuriæ adeo ratio posceret. Docet hoc ejusdem Suetonii locus Vespas. c. 23:* Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calceandas mulas desiliisse, ut adeunti litigatori spatium moramque præberet; interrogavit, Quanti calceasset? pactusque est lucri partem. *Scruposam viam aut pulverulentam causatus fuit absque dubio mulio, cur delicatiorum jumentorum ungulis parcendum esset. Si quid casu factum esset, ut potest accidere, ne quid dicam aliud, non* mulas *profecto, sed* mulam *curasset mulio. Denique ipse Catullus, ad quem ista disputaverat Vossius, mentionem ille quidem facit* ferreæ soleæ in tenaci voragine relictæ, *neque, quid intelligendum sit, habeat disputationem, si quis hodie poeta ita loquatur. Sed multo facilius tamen derelinquantur soleæ deligatæ, quam affixæ clavis. Itaque pro sua cum bonis libris familiaritate prudenter monuit Scaliger,* Soleæ equis inducebantur, non, ut nunc, clavis suppingebantur, propterea Græcis illud, ut in homine est ὑποδεδέσθαι *&c. Quæ sane non refutavit Vossius. Est etiam illud animadvertendum. Nondum productum est exemplum, unde constare posset, ordinarie & perpetuo calceari solitum esse jumentum. Equi extra morbum calceati, nescio an alia exstet memoria, præter illud Artemdori 4, 32, pag. 220:* ἔδοξέ τις ἵππου ὑποδήματα ὑποδεδέσθαι, ἐστρατεύσατο καὶ ἐγένετο ἱππεύς. Οὐδὲν γὰρ διέφερεν ἢ αὐτὸν, ἢ τὸν βαστάζοντα ἵππον ὑποδεδέσθαι τὰ ὑποδήματα. *Ac potest sane fieri, ut ad bellicam, aut longam alioquin expeditionem sparteas, vel simile solearum genus, in promtu habuerint equites. De camelis Aristoteles Anim.*

hist. 2, 6, Τὰς ΕΙΣ ΠΟΛΕΜΟΝ ΙΟΥΣΑΣ ὑποδέουσι καρβατίναις, ὅταν ἀλγήσωσιν. *Nam Plinio teste* 11, 106, in longiori itinere fine calceatu *illorum pedes* fatiscunt. *Simili igitur de causa* corio crudo (*hæc sunt* καρβάτιναι) sparteisve *potuerunt etiam calceare equos. Potuerunt etiam, quod suadent, si sana sunt, verba Catulli,* soleæ *mularum esse* ferreæ, *aut filo ferreo plexæ, aut lamina ferrea munitæ. Illud quidem manet, clavis affixas soleas Vegetii ætate nondum fuisse. Quid imaginis in vetusto hippiatricorum Græcorum exemplari viderit Vossius, non disputamus. vult autem vidisse clavorum, quibus trajiciantur ungulæ, signa & vestigia. Genuinæ quidem antiquitatis monumento, neque picto, neque sculpto, neque literato denique revinci eam, quam proposui, sententiam posse, satis nobis videtur exploratum. Quandoquidem Catulli carmen in manibus est, non desinamus absque corollario. Versus penultimus, ut est in Vossiana & aliis, quæ ad manum sunt, editionibus, in legem metri peccat, servatam diligenter a poeta & explicatam a Mureto. Legunt:*

Et supinum animum in gravi delinquere cœno.

Quartus pes una syllaba longa constat, hoc est, pes non est, sed semipes. Scribendum sine dubio derelinquere. *Et jam tradenda typographis ista erant, cum video* derelinquere *esse in Henricpetrina Basil.* 1592, 8. *His plane consentiunt ea, quæ Fabrettus ad Col. Traj. p.* 224 *s. de statuis equestribus; totamque hanc disputationem probat Wesselingius ad Diodor. Sic. p.* 233. * Solea oleo conficiendo, Col. 12, 50. *Quale hoc instrumentum fuerit, non habeo dicere. Observat Philander ad Vitruv.* 8, 4, *pro* solea solena *substitutum a Cælio* (13, 4.) *sed quod ipse jam vidit, quomodo* σωλὴν *a canali differat, obscurum est. Vid. Auf. Pop. de instrument. fundi* 12, 8, *& quæ nos ibi.* * piscis, Col. 8, 16. Gr. σανδάλιον, *it.* ἁπλῆ, *observante Salmasio ad Solin. p.* 794, *a. C. D. Lingulacam etiam dici,* ψῆτταν, βούγλωσσαν, *& plura alia, docet Nonn. de re cib.* 3, 25. *Alterum nomen Galli servant eodem indice*, Sole; *alterum Belgæ*, Tonge.

Solemnis labor rusticorum, Pall. 1, 6. solemnis hujus pecoris labor conficiendi frumenti, Col. 7, 1. agricolæ gallinarum cura, Col. 8, 2. solemne est feminæ omnibus annis parere, Col. 6, 37. *add.* Col. 1, 8. solemnium dierum ornatus, Col. 12, 3. * solemnia festorum, Col. 2, 22.

Solemniter, *ordinarie, in cibo consueto*, Pall. 1, 28.

Solide contexta cista, Col. 12, 54.

Solidatum rudere solum, Pall. 1, 17. solidata pecorum

ungulis area, Pall. 1, 36. mula, *h. e. durata laboribus*, Pall. 4, 14.

Soliditas vitium maciei *opponitur* Pall. 1, 6. ſoliditati arboris conveniens ſurculus, *æque craſſus*, Pall. 3, 17. pro acquirenda ſoliditate, *de caſeis*, Pall. 6, 9.

Solido. ſolidare ſtomachum titubantem, Pall. 3, 31. ſolidatur terra aſſiduo calcatu, Pall. 2, 13. ubi ſolidari cœperit caſeus, Pall. 6, 9. donec omnis plaga ſolidetur, Veg. 2, 26 & 27.

Solidus. ſolida pruna mollibus & mitibus *oppon.* Col. 12, 10. ſolidius virtute vinum, Pall. 11, 14.

Solitannæ cochleæ, Varr. 3, 14. *A promontorio ſolis in Africa nomen ſortitæ videntur Harduino ad Plin.*

Solitaria natura, Varr. 3, 16.

Solium, Cat. 10. ſoliorum in balneis forma, Pall. 1, 40 & 41. *h. e. labrorum ſ. cavorum quorumcunque, in quæ deſcendunt, qui lavant. Marcellum Donatum ad Lampridii Alex. Severum p. 967 laudat Schœttg.*

Sollertiſſimus fundus, Col. 8, 2. *h. e. optime & quanta poteſt arte inſtructus.*

Sollicitare obſequia feminæ, Col. 6, 37. * ſollicitantur ſalebris apes, *h. e. nimis concutiuntur*, Col. 9, 8.

Sollicitior eſſe debet, Pall. 7, 7.

Toringi equi, Veg. 4, 6. *Etiam Apollinari Sidonio & Cassiodoro* Toringos *esse, qui sint hodie* Thuringi, *observatum Ortelio.*

Tormentum rotæ vel machinæ, Veg. 2, 46.

Tormina ut sanentur, Cat. 156 & 157. *add.* 126. torminum signum & remedium in pecore, Col. 6, 7.

Torosa cervix, Col. 6, 20. *vid.* Torus.

Torquere botryones in ipsa vite, Pall. 11, 22.

Torrefactas nuces, Col. 12, 57. sesama, Col. 12, 15.

Torrens imbribus conceptus, Col. 1, 4. torrentes fluvii, Varr. 1, 12. * torrens *a* torreo *vide statim.*

Torrere vaporibus, *intrans.* Col. 1, 4. torrens æstu terra, Col. 4, 19. torrentis cœli vis, Pall. 4, 1.

Torridus sal, Col. 7, 5 & 8. 12, 17. far, Col. 12, 56. *pro* tosto *sæpe poni* torridum, *observat etiam Nic. Heinsius ad Ovid. Fast.* 1, 24.

Tortione moriuntur, Veg. 1, 46.

Tortivum mustum, Cat. 23. Col. 12, 36.

Tortura, *de palmite depresso*, Pall. 3, 9. ventris, Veg. 1, 40. ex tortura oritur indignatio, *nostri vocant übertreiben*, Veg. 2, 55.

Torus. toris tribus novella vitis ad arborem religatur, Col. 5, 6. *conf.* Col. Arb. 16. ligaturam *vocat* Pall. 1, 6. tori funiculorum, Col. 11, 3. musculorum, Col. 6, 29. Torus *igitur rotundam flexuram notat, nulla materiæ habita ratione. Patet hoc etiam ex architectorum usu; & frustra videtur esse Meursius, qui exercitat. crit.* 1, 2, tortum *legi vult apud Columellam.* Toros *funiculos ex pluribus filis tortos interpretatur Yvo Villiom. adv. Ro. Titium* 2, 26. *vid.* Torosus. toros tres habeat funis, Cat. 135.

Totonarii equi, Veg. 1, 56. *vid.* Guttonarii.

Totus, *penult. brevi*, *pro* quotus, Col. 5, 3. quotcunque pedum spatia — totam partem longitudinis.

Totus. toti partibus suis consummantur pulli, Col. 8, 5. quoniam totum in eo sit, ne contrectentur pocula, Col. 12, 4. in totum summa operarum X, Col. 2, 13. in totum præcipere, *in universum*, *in genere*, *ut vulgo*, Col. 3, 2. 11, 2. in totum domi morari, Col. 12, 1. exterminare, Col.

9, 15. ex toto indurefcere, Col. 2, 21. repudianda eft; Col. 5, 8.

Toxica ftrenua, Col. 10, 18.

Trabeculæ & trabes, Cat. 18.

Tracantum, *vel* tragantum, *pro* tragacantha *passim Vegetius*, *v. g.* *3*, *65 bis.*

Tracontia radix, *pro* dracontea, Veg. 3, 66.

Tracta facere, Cat. 76.

Tracta *fufpicor legendum pro* ftracta, Veg. 2, 45. *Certe hoc pro illo fcriptum.*

Tractus, *plaga cæli*, Col. Arb. 17.

Tradit memoria, Col. 1, 3.

Traduces vitium, *rami non in terram demerfi*, *fed in vicinam arborem traducti*, Varr. 1, 8. tradux inhærens matri, Col. 4, 29. traducibus difpergere vitem, Col. 5, 6. traduces in proximam quamque arborem mittendæ, *ibid.* novi traduces inter fe ex arboribus proximis connectantur, Col. 5, 7. *In arbuftis fiunt* traduces: *hoc autem vocabulo utimur in vitibus*, *quæ ex arboribus in arbores traducuntur.* Traduces *quidam* rumpos *appellant*, *a* traducendo *nominatos*, *quales eleganter utiliterque formatos in territorio noftro confpicimus. Traducem bimum antiqui præcidere folebant*, *ut ita tranfilem facerent. Novarienfis agricola traducum turba non contentus*, *nec copia ramorum*, *impofitis etiamnum patibulis palmites circumvolvit. Hieronymus*, *Auguftinus*, *Ruffinus*, *ceterique ecclefiaftici fcriptores*, *curiofe difputando difquirunt*, *atque veftigant*, *numquid anima ex traduce propagatâ fit*, *tanquam femen ex femine. Tertullianus oppido quam decenter fcripfit*, famam ferpere in traduces aurium atque linguarum. *Mendofi funt Tertulliani codices impreffi*, *in quibus dictiones perperam diftinctæ leguntur. Nam cum* in traduces linguarum *fuerit fcribendum*, *ficut nos legimus: vitiofe impresserunt* intra duces, *corrupto vocàbulo elegantiffimo & fenfu. Beroald.*

Τραγικῶς fieri, Varr. 3, 13.

Tragœdorum pallia trahuntur, Veg. 3, 22.

Traha tritoria, Col. 2, 21.

Trahunt maturitatem vina, Col. 1, 6. trahere noxam; Col. 6, 27. fuccum, Col. 11, 3. faporem, Col. 12, 50. fanguinem, *h. e. mittere*, Veg. 3, 43.

TRAJECTIONIS *particulæ* quod *exempla.* Ita factis prægnantibus quod funt molefti, *pro* quod ita factis prægnan-

ribus ſunt moleſti, Varr. 2, 2. ſi viderint leporem aut cervum, quod eum potius *&c.* Varr. 2, 9.

Trajectus. trajectæ perticæ in caveis, Varr. 3, 9.

Trajicere, *de terreſtri itinere & plauſtro*, Varr. 2, 4. * trajicies lemniſcos, Veg. 3, 18.

Tranſcendere ætatem primæ juventæ, Col. 1, 8.

Tranſcurrit humor, Col. 3, 10. luna ſolis radios, Col. 2, 10.

Tranſeunt difficillime caſei bubuli, *h. e. maximi ſunt cibi, halten wider*, Varr. 2, 11. *oppoſ.* facillime dejici.

in Transferendis ſeminibus & plantis quæ ſpectanda, Col. 3, 9. Arb. 1, 5, 17 & 20. transfertur braſſica, Col. 11, 3.

Tranſglutiat ſanguinem, Veg. 3, 78.

Tranſigendum eſt, *vendendum*, Pall. 12, 13. ubi facultas eſt tranſigendi, Pall. 3, 26.

Tranſitum ſol facit in piſces, Col. 11, 2. in taurum, *ibid.*

Translatio *plantæ* in meliorem locum fieri debet, non contra, Col. 3, 5. Pall. 1, 6. 3, 9. translatione an miteſcat fructus pineus, Pall. 12, 7.

Transluceat cortex, Col. 4, 29.

Tranſmarina cunila, Col. 11, 3. ros marinus, cunila *&c. legendum cenſet Ponted.*

Tranſmigrant morbi contagione, Veg. 1, Præf.

Tranſmiſſo humore, Col. 12, 43.

ne Tranſmittant baccam cannæ, Col. 12, 50. humorem, Col. 1, 6.

Tranſponere braſſicam, Pall. 10, 13.

Transferere per qualum, Cat. 133.

Transſuitur ſubula, Col. 6, 5. *Ita Celſus 7, 7,* Acu filum ducente transſuitur. *Utrumque h. l. laudat N. Heinſius ad illud Ovidii Faſtor. 2, 363*, Verubus transſuta ſalignis Exta. *Sen. Theb. 254*, Transſuit ferro pedes.

Tranſvaricat pedibus prioribus, Veg. 3, 60.

Tranſverſa ſpatia, Col. 5, 5. capita ferunt obſtipæ ſues, Col. 7, 10.

Tranſvolvit ſe animal, Veg. 1, 1. *h. e. volutat. add.* Veg. 1, 56.

Trapetus emtus eſt, Cat. 22. trapetos V, Cat. 12. trapetos latos, Cat. 135. trapetos veteres, Cat. 22. trapetibus, Cat. 18. trapeti facito (*oleum*), Cat. 145. *Pro* trapete, *a primo caſu* trapetes. trapetum *gen. neut.* Col. 12, 50. ad trapeta, in quæ, Varr. 1, 55. *Vid. Popm. de inſtrumento*

fundi cap. 12, & Turnebi nostramque de ea re disputatiunculam.

Travehere flumen, Varr. 2, 7.

M. Trebellius, Col. 5, 1.

Trebla *seu* Triblæ, Cat. 135. *forte rustica vox ex* tribula *contracta. At urbem intelligit Schœttgenius.* Trebula Sabinorum *Liv.* 23, 29. Tribula *Aldhelmo de laudibus virginit. c.* 52. *conferri jubet Gronov. obs. in Scriptt. Eccles. c.* 20, *p.* 222.

Trecenæ amphoræ, Varr. 1, 2.

Trecenariæ vites, Varr. 1, 2.

Tremebundior ubere porcæ, Col. 10, 396.

Trepidiarii, Veg. 1, 56. *sunt quasi* tripediarii. *Origo verbi* tripedare, τριποδίζειν, ter pede *terram pulsare, saltare. Vid. copiosissime ista disputantem Salmasium ad Capitolini Maximinos c.* 3, *p.* 9 *sqq.*

Trepido. trepidans *eodem sensu*, Veg. 3, 47. *Sed cum* * trepidare *etiam absque respectu ad illum* τριποδισμὸν *sit festinare, celeriter movere se, e. g.* Varr. 3, 16; *possit aliquis putare, etiam inde esse* Trepidarios *equos nomen suum consecutos.*

Tres. tris minas, Cat. 127.

Τριακὰς, *luna XXX*, Varr. 1, 37.

Triangulus ager, Col. 5, 2.

Tribula excutiendis granis, Col. 2, 21. *De toto genere Scheffer. de re vehic.* 1, 7, *qui etiam hoc loco utitur. Schœttgenii antiquitates trituræ alias laudavimus.* tribularum pulsibus, Col. 1, 6. tribulæ erectæ simile organum, Col. 12, 50. * tribulum *idem*, Varr. 1, 52. *conf.* 1, 22.

Tribulatæ falciculæ, Pall. 1, 43. *vid.* Falciculæ.

Tribulato quotidie, Cat. 23.

Tribus unde dictæ, Col. 5, 1. * secundæ tribus vinum, Col. 3, 2.

Tributum victui humano conferre, Col. 12, 4. tributa reddentes arbores, Pall. 4, 10. tributo laboris & lactis ut sufficere possint vaccæ, Pall. 5, 7.

Tricenos pedes aut quadragenos, Col. 5, 10. tricena labra, Col. 12, 50.

Tricenaria fistula, Pall. 9, 12.

Tricentorum pedum, Col. 5, 2.

Trichiasis *restit.* Veg. 2, 15. *vid.* Tritiac.

Trichilis dependens cucumis, Col. 10, 378. *Vocat hoc genus* cucurbitæ camerarium, levi umbra cameras & pergulas operiens, *Plinius* 19, 24; *cui opponit* plebejum, humi repens. * sub trichila repens, Col. 10, 394.

Tricies triceni, Col. 5, 2.

Triclinaria æstiva & hiberna, Varr. 1, 13.

Trictores utuntur fleta, Veg. 2, 49. *N. L.*

Triens medicaminis, Col. 12, 20. jugeri, Col. 5, 1 & 2.

Trifolium Simonianum, Col. 6, 17. Veg. 3, 4. *idem quod acutum, Gr.* *ἀσφάλτιον. vid.* Simonian.

Trifurci furculi, Col. 5, 11. trifurca stirps, Col. 5, 10. femina, Col. Arb. 20.

Trigemino partu, Col. 3, 10. trigemini, Col. 3, 8.

Trigemmis malleolus, Col. 3, 19. *add. locus Plinii, laudatus in* Sagitta.

Trigonitis myrrha, Veg. 1, 11 & 16. *vox suspecta editoribus: forte* Troglodytis, *ut* Veg. 2, 22. *Hæc optima. Diosc.* 1, 77. *Sed neque contemnenda lectio Sambuci marginalis* troglita. *Ostendit enim Salmasius ad Solin. p. 894, in optimis Aetii & aliorum libris* Τρωγλῖτιν μύῤῥαν *esse pro* τρωγλοδυτικῆς, *ipsamque adeo gentem* τρωγλίτας *esse dictam. Monuit me hujus rei Jo. Zach. Platnerus, medicus excellentissimus.*

in Trigonum statuere, Col. Arb. 22.

Trimatum excesserunt, Col. 8, 5. trimatu expleto, Col. 8, 11.

Trimestris fructus, Col. 2, 10. *idem* trimestre (*triticum*), Col. 2, 6. *Hinc emendandus Isidor. Orig. 18, 3:* Trimense triticum ideo nuncupatum &c. *Leg.* trimestre. *Add. Schook. de Cerevis. c. 5, p. 40 sq. Schœttg.* trimestre semen quod dicitur halicastrum, Col. 2, 6. nullum natura, Col. 2, 9. trimestris satio, Col. 2, 4 & 9. Pall. 1, 6. Col. 12, 4. trimestris usus, Col. 2, 6. trimestrium satio, Col. 11, 2. Pall. 3, 3.

Trimodiæ satoriæ, Col. 2, 9. 12, 50. trimodiis aptanda lora, Col. 12, 18.

Trimus. post trimum, *postquam trimus fuit equulus*, Varr. 2, 7. *ita* ad trimum, Varr. 2, 4. trima ætas, Pall. 4, 11. trimæ plantæ, Pall. 3, 25.

Trina vasa, Varr. 1, 22. trinis radicibus, Varr. 1, 1.

Triobolus, Cat. 127. *drachma dimidia, sex enim in drachma oboli.*

Tripartito divisi, Varr. 5, 1. Col. 3, 1. Arb. 1.

Tripedali fenestra, Varr. 3, 9.

Tripedaneæ vites, Col. 3, 2. fossulæ, Col. 12, 44. taleæ, Cat. 45. tripedaneus scrobs, Col. 5, 5. tripedaneum spatium, Col. 3, 5. 4, 32. 11, 3.

Triptolemi bos minister, Col. 6, Præf. prudentia in me-

litione soli, Col. 1, Præf. *Hinc* unci puer monstrator aratri, *Georg. 1, 19. Schœttg.*

Triquetra forma, Col. 5, 2.

Trisulcus ramus, Pall. 4, 10.

Tritiacem, Veg. 2, 15. *Sed verum est* trichiasin, *quod J. A. Fabricius adscripsit, & conj. Morg. IV, 15.*

Tritavi nostri, Varr. 3, 3.

Triticeæ paleæ, Cat. 54.

Tritici satio, Pall. 10, 2. 11, 1. ubi serendum, Cat. 34. solum quod requirat, Col. 2, 9. quando sarriendum, Col. 2, 12. quot generum? Col. 2, 6. Appulum præstantissimum, Varr. 1, 2. ut condatur, Varr. 1, 5. in siliginem degenerat, Col. 2, 9. tritici moliti farina, Col. 6, 5.

Trituræ præparatur area, Col. 11, 2. *add.* Varr. 1, 51 & 52. Col. 2, 21. *de re ipsa nempe. nomen enim non habet.* ad trituram satis habilis arena, Col. 2, 20. trituræ tempore, Pall. 1, 36.

Triumphale epulum, Varr. 3, 2 & 5.

Trixago, Veg. 1, 17 & 42. 3, 24. *Dodonæo* chamædrys.

Trochischus, trochiscus, Veg. 2, 9.

Trochleæ Græcanicæ, Cat. 3. *trochleæ sunt machinæ tractoriæ, in quas induntur rotulæ vel orbiculi ærei aut lignei, qui per axiculum versantur, trajectis ductariis funibus. nomen habent a τρόχοις, id est, rotulis: fiuntque ad similitudinem Græcæ literæ Θ, auctore Isidoro: unde fortassis Cato vocavit* Trochleas Græcanicas: *sicut Plautus in Pœnulo ejusdem generis machinationes* Græca celonea: *quæ dicta sunt a similitudine* χελωνίου, *id est, tegumenti testudinis animalis. Porro orbiculorum in trochleis non est idem numerus, nec idem ordo; sed, ut fert moles onerum, quæ sustolluntur, diversus. numerus machinas nominibus distinguit, ut* Trispastos *dicitur, quæ per tres orbiculos versatur;* Pentispastos, *cum in ima trochlea duo orbiculi, in superiore tres circumvolvuntur;* Polyspastos, *quæ multis orbiculorum circuitionibus facile agitur: cujus generis videtur esse hæc Catonis trochlea. Ordo aliquando binus, superior & inferior, ut hic; nonnunquam ternus, supremus, medius, & infimus, ut in polyspasto Vitruvii. Popma.*

Trogloditis myrrhæ uncia, Veg. 2, 22. *vid.* Trigonitis.

Trulla & Trullium, Cat. 10, 11 & 13. ad apes recondendas in alveo adhibetur, Col. 9, 12. trullis frequentetur inductio, Pall. 1, 15. trulla æquabimus impensam, Pall. 1, 13. *Ab hac* trulla est trullisare *Vitruvii.*

sent, qualia v. g. ad onera ope hominum intus calcantium molienda adhibentur. item ad aquas hauriendas e. i. g. a. Tympanum *Varronianum* orbilis *hoc est* absidis radiis *aptatum facit, ut eadem machina &* rota radiata *sit &* tympanum.

Τυροποιίαν, Varr. 2, 1.

V.

Vacatio ab opere datur, Col. 6, 14.

Vaccæ quæ probentur, Col. 6, 21. Pall. 4, 11. *vid.* Bos. tauris submittendæ, Col. 6, 24. Pall. 8, 4. steriles deputandæ aratro, Pall. 4, 11. Col. 6, 22. nam vaccis etiam arant, Varr. 1, 20. *hæ sunt* vaccæ operariæ, Col. 6, 24.

Vaccius *interlocutor*, Varr. 2, 1.

Vacerræ, Col. 6, 19. quæ sint, Col. 9, 1. his circumdatum vivarium, Col. 9, 1.

Vaco. vacant a fœtu matres, Col. 8, 15. ab imbecillis valetudinaria, Col. 12, 3. * vacare debet aqua lavacris, Pall. 1, 17. *h. e. adhiberi.*

Vacuum arboribus arvum, Col. 3, 11. vacuæ fructu vites, Col. 3, 2. vacua fœtu loca in vite, Col. 3, 10. vacua tempora, Col. 12, 4.

Vagina vocatur herba, qua sub latent spicæ, Varr. 1, 48. esse in vaginis, Varr. 1, 32.

Vagor. vagari latius, quam oportuit, Varr. 1, 2. vagantibus animis apum, Pall. 7, 7.

Valenter sufferre ventos & imbres, Col. 3, 2. crescere, Col. Arb. 3.

Valentissima vineti pars, Col 4, 23.

Valeo. valebit nutriendis herbis, Pall. 3, 1. valendi occulta feracitas, Pall. 5, 2. * valet necare, *potest*, Col. 6, 25. præbere, Col. 3, 2. perennari, Col. 12, 19. edere conceptum, Col. 2, 1. pestilentiam facere, Col. 6, 5. nihil valent agere, Col. 3, 10. frigore non valebit adstringi, Pall. 1, 20. quo manus non valebit attingere, Pall. 12, 8. * ὠκέως valet cito, Varr. 1, 31.

Valetudinarium pecus, Varr. 2, 1.

Valetudinarium, *locus curandis ægris destinatus*, Col. 11, 1. 12, 3. *vid. Gronov. ad Senec. quæst. nat.* 1, *præf.* valetudinaria ut curanda, Col. 12, 3.

Valetudinis tutissimæ sunt oves, Col. 7, 2. * valetudines, *morbi*, Veg. 1, 39. 2, 5.

Validi loci, Cat. 35.

Vaſtitudinem prohibeſſis, Cat. 141.
Vaſtus. vaſta ſcientia, Cat. 1, Præf. tempeſtas, Col. 2, 21. vaſti latratus canis, Col. 7, 12. vaſtiſſimum flumen, Col. 1, Præf. vapores ſideris æſtivi, Col. 2, 21. vaſtiſſimæ ſpinæ, Col. 11, 3.
Vates ſidereus, Col. 10, 434. venerandus, Col. 10, Præf. optimus, Col. 11, 2. *omnia de Virgilio.*
Vatiis cruribus, Varr. 2, 9.
Uber pro tuberculo cellæ regis apum, Pall. 7, 7. uberis eductione pendent apes βοτρυδὸν, Pall. 7, 7. * uber ſoli feracis, Pall. 1, 7. herbarum, Pall. 1, 33. ubera campi, *campus pinguis*, Col. 10, 90. ubera muſto diſtenta mortalibus demittit tellus, Col. 3, 21. ubere ſuo gravata vitis, *fructu*, Col. 4, 27. * *Adject.* uberi ſolo diſponantur, Col. 5, 6.
Uberati gemmis plurimis ſurculi, Pall. 3, 17.
Ubero. uberat olea, Col. 5, 9. uberantur arbores ſteriles, Pall. 11, 8.
Ubertatem terræ infamare, Pall. 1, 6.
Vea, via, Varr. 1, 2.
Vectarius equus duplex, ad ephippium & ad rhedam, Varr. 2, 7.
Vectigalia, Col. 1, Præf.
Vectes *varii*, Cat. 19 & 31. vectibus ligneis denſetur ſtructura, Pall. 9, 9.
Vectura duum generum, Varr. 1, 16. fœni, pabulorum, ſtercorum, Col. 2, 13.
Vegetior aſpectus tauri, Col. 6, 20.
Vegrandes oves, *male grandes*, *parvæ*, Varr. 2, 2. *vid. Bentl. ad Horat. Sat. 1, 2, 129.*
Vehemens vitis, *valida*, Col. 3, 1 & 10. 4, 22. *add. Horat. Epiſt. 2, 2, 120.* palus, Col. 4, 12. vehementiora ſtatumina, Col. 4, 16. *vid. Barth. adv. 42, 9.*
Vehes in roboribus & alia ad ædificandum materie, *quæ menſura?* Col. 11, 2. ſtercoris habet modios LXXX, Col. 11, 2. denæ vehes ſtercoris, Col. 2, 15. *add.* 2, 16. *vid.* Carpentum.
Vehiculum, quo ad metendum utuntur Galli, Pall. 7, 2.
Vehit equus commodius, Veg. 1, 56. ſi vaſa acetum ante vexerunt, Pall. 12, 20.
Vejanii fratres, Varr. 3, 16.
Velamina corpori, Col. 7, 2. ſcillæ, Pall. 8, 6.
Velata manu runcare, Col. 11, 3.

Venter. ventris dolor ut sedetur in bubulo pecore, Col. 6, 7. * si ventrem non facit, *h. e. alvum dejicit*, Veg. 3, 57. * ventrem perferunt vaccæ, Col. 6, 24. equæ, Col. 6, 27. fert XII menses equa, Varr. 2, 1. in ventre est hinnus menses XII, Varr. 2, 8. * venter *pro ipso animali prægnante*, Varr. 2, 6. *ut in illo ICtorum*, Fructus ventrem sequitur.

Ventilabra & ventilatores granorum, Col. 2, 10.

Ventilare oleam jactando, Varr. 1, 55. vinum, Col. 12, 30.

Ventositas, Veg. 1, 39.

Ventosi pedes, Veg. 2, 50.

Ventus. ventorum orbis, Varr. 3, 5. libramentum, Col. 1, 5. iisdem ventis constituere plantam, *h. e. ad easdem plagas*, Col. Arb. 20. ventos sedare furentes, Col. 10, 340. venti feraces clementer agitant oleas, Pall. 12, 5. vento separentur paleæ a frumento, Col. 2, 21. e vento concipientes equæ, Varr. 2, 1. Col. 6, 27. * ventos emittit venter, Col. 6, 30. donec ventum reddat equus, Veg. 1, 52.* ventum in armum mittito, *inflato*, Veg. 2, 45.

Venuculum far *f.* vennuculum, *nisi potius leg.* vermiculum, *i. e. rutilum*, Col. 2, 6. Vernaculum *vocatur a nostro* 11, 2.* vites, Col. 3, 2. 12, 43. *in Fabriano thesauro sub* Venusia *collocantur. a* ve *augendi &* nucleis *derivat Schol. Horat. Sat.* 2, 4, 71; *quo loco usus est primum Beroaldus ad* venuculam vitem *constabiliendam. Plinio est* Venicula vitis 14, 4. *eandem quæ* scirpula *& quæ* sticula *putat Linda. Sel. Med.* 10, 99. *ubi adscripsit Lichtenhanius, hodie eam* Muscatellam *nominari.*

Venus. ejus procuratio hortorum, Varr. 1, 1. * dum satiata Venus fœcundos compleat artus, Col. 10, 212. nec Venus pastoralis longius quid quærit, Varr. 2, 10. permittenda, Col. 7, 12. Veneris lasciviam amant vaccæ, Pall. 8, 4. in Venerem excitantur admissarii, Col. 6, 27.

Venustas dispofita pomorum, Varr. 1, 59.

Vepres consitis spinis ut efficiantur, Col. 11, 3. veprem hunc interimi non posse, Col. 11, 3.

Ver, genitale mundi tempus, Col. 10, 196. quod initium, quot dies habeat, Varr. 1, 28. veris principium rustico ut observandum, Col. 11, 2. vere novo, *ibid.* vere quæ facienda, Cat. 40 & 50. Varr. 1, 27 & 28.

Veratrum, Col. 6, 38.

Verbena, Veg. 3, 1 & 17. *eadem* verbenaca. *Hinc*

Verbenacea calida, *aqua, in qua* verbena *cocta est*, Veg. 3, 18. *coll.* 22. *Est* ἱερὰ βοτάνη, *Eisenkraut.* * *pro* vervecina *vulg. legitur* Veg. 3, 67.

Verberare paviculis, Cat. 91. verberari tempestatibus, Col. Arb. 16.

uno Verbo, omnia sana faciet, Cat. 157. *ut Gr.* ἑνὶ λόγῳ. *Sylb.*

Verendæ partes equi, Veg. 1, 7.

Verentes plagarum boves, Col. 6, 2.

Veretrum jumenti, Veg. 3, 15. stat præ dolore, Veg. 3, 81.

Vergiliarum exortus, Varr. 1, 28. Col. 9, 14. 11, 2. occasus, Varr. 1, 28. Col. 2, 8. a Vergiliis vernis usque ad æstivas, Varr. 2, 11. Vergiliæ celantur, Col. 11, 2.

Vergo. vergere æquabiliter in unam partem, Varr. 1, 6.

Vericulatæ falces, Col. 2, 21. *vericulo vel hastili munitæ. restit. pro* verriculatis.

ex Vermiculo apes, Col. 9, 11.

Vermiculum far, *vid.* Venuculum.

Vernaculus hujus soli fructus, Col. 3, 8. vernaculum f. nostras genus ulmorum, Col. 5, 6. cicer, Col. 9, 1. pecus peregrino utilius, Col. 7, 3. vernaculæ aves, Varr. 3, 5. gallinæ, Col. 8, 2. vernacula examina, Col. 9, 9 & 12. semina peregrinis meliora, Col. 3, 4.

Vernant apes, Col. 9, 9.

Vernantia lilia, Col. 10, 270.

per Vernum, Pall. 10, 13. verno, Cat. 50. Pall. 3, 26 & *al.* Pall. 5, 8. 6, 7. *ita* hiberno; *ita contra* auctumnus *interdum adjective ponitur. ita* Vespertinis.

Verres, Varr. 2, 4. Pall. 3, 26. verrium castratio, Col. 2, 4. *vid.* Sus. Porcus.

Verruculæ binæ sub maxillis capri, Col. 7, 6. Pall. 12, 13. *Sunt illæ papillæ, quæ a collo caprorum dependent. Varro* 2, 3 mammulas pensiles, *Plin. 8*; 50 lacinias a cervice dependentes binas *appellat. Reinef. Var. Lect.* 2, 14, *p.* 244. *Schœttg.*

Versicoloribus pomis, Col. 3, 21. anni fœtibus, Col. 10, 256.

Versificationis nostræ gustum præbere, Col. 11, 1.

Versura foliorum, Varr. 1, 46. *diversa species, immutata pro temporibus anni.* * *in arando*, Col. 2, 2 & 18.

Versus agri, Varr. 1, 10. versus, *sulcus*, Col. 2, 2. al-

ipsa vestimenta. dixit Seneca, Dominus debet servo vestiarium. *Scævola jurisconsultus*: Quæsitum est, an mortua matre conditio apposita defecisse videatur, & per hoc neque vestiaria, neque cibaria his debeantur. Respondi secundum ea, quæ præponerentur, deberi. *Beroald.*

Vestibulum evadit apis, Col. 9, 12. vestibula in gallinariis, Col. 8, 3. & columbariis, Col. 8, 8. *sunt parvula spatia ante ipsos nidos, quæ advolantem avem excipiant, ne cum impetu in nidum delata ova frangat. Paulo aliter* Col. 8, 4.

Vestigio uno allevatur plaga, Col. 4, 25. *h. e. uno ductu ferri. Quod in fossore est* gradus, *hic est* vestigium.

Vestimenta familiæ, Cat. 59. forensia, Col. 12, 45. ne a tineis infestentur, Cat. 98.

Vestio. vestire oves pellibus, Col. 2, 22. vineis agrum, Col. 3, 4. pedamenta, Col. 4, 1 & 15. statumina propaginibus, Col. 4, 22. vestit ulmum vitis, Col. 5, 6. vestierint se vites frondibus & uvis, Col. 4, 27.

Vestitissimum pecus oves, Col. 7, 3.

Vesvia rura, Col. 10, 133.

Vesuvii loca quod leviora, salubriora, Varr. 1, 6. colles, Col. 3, 2.

Veterani boves, Varr. 1, 20. veteranæ gallinæ, Col. 8, 5. vineæ, Col. 3, 21. 4, 22. 11, 2. vites, Col. 3, 15.

Veterensis Paridius, Col. 4, 3.

Vetereta *reverentia Victorii reliquimus* Col. 1, 3. 2, 10 & 13. *sed vid.* Vervacta.

Veterinarii *sc. medici*, Col. 6, 8. 7, 5. 11, 1. veterinaria medicina ad oves quoque pertinet, Col. 7, 3. Veterinariorum *pro* veterinorum *leg.* Veg. 1, 39.

Veterinus. veterinæ pecudes, Varr. 1, 38.

Veterno pressum pecus, Col. 7, 10. consenescere, Col. 7, 5. *Torpore, segnitia, somno, ignavia.* Veternus *proprie est ille morbus, quem* lethargum *Græci nominant, in quo marcor & inexpugnabilis pæne dormiendi necessitas: vulgo medici* subetiam *appellant. Inde* veternosus *pro ignavo atque torpente, & somniculoso ponitur. Beroald.*

Vetulæ columbæ, Varr. 3, 7. vetulo vino, Col. 10, 428.

Vetus ætas turturum minus idonea ad saginandum, quam novella, Col. 8, 9. ex vetere arbusto, Col. 12, 38. materia, Col. 7, 3. veteri rancore, Pall. 1, 20 *etiam MS. Sylb.* veteres Romani, Col. 6, Præf.

Vetustatem vinum patitur, Col. 3, 2. in vetustatem re-

uvæ passæ detractis vinaceis, Col. 12, 75. sine vicaceis uvæ quomodo creentur, Col. Arb. 9. *Credo etiam ap. Cic. de Sen. 15 legendum* ex acini vinaceo; *non* acino vinaceo. *Respondet enim* fici grano. *Sed hoc jam viderunt viri doctissimi.* * vinacea conspissata, Col. 12, 43. eluta & siccata, quæ de lora eximuntur, bobus dantur, Col. 6, 3.

Vinalia rustica, Varr. 1, 1.

Vinarii lacus, Col. 12, 18. cellæ, Col. 1, 6. vasa, Cat. 19.

Vincire fœnum, Col. 2, 22. manipulos, Col. 2, 19. dolia plumbo, Cat. 39. vinciri virgas, Cat. 2. vinctura papavera somnos profugos, Col. 10, 104.

Vinco. victi sumus opere, Col. 11, 2.

Vinctus, quod cestum vocabant antiqui, Varr. 1, 8.

Vinculis quibus & quomodo religandæ vites, Col. 4, 13. vinculi genus ad insitionem diversum, Col. 4, 29. ex rubo, Col. 4, 31. ut vinculum exstet, Col. 12, 32. * vinclis in terram defigere vites, *h. e. furcillis*, Cat. 41.

Vindemiæ quæ opus sunt, uti parentur, Cat. 23. Col. 12, 18. Pall. 10, 11. matura esse unde cognoscatur, Col. 11, 2. Pall. 10, 11. quando & quomodo facienda, Varr. 1, 54. Col. 11, 2. vindemia facta quæ facienda, Cat. 26. * dolia ubi V vindemiæ esse possunt, Cat. 11. vindemias condimus, Col. 1, Præf. Varr. 2, Præf. vindemiam videt cella, Varr. 3, 2. *ita* messis *&* fœnisicia, *ibid.* vindemiis Liberi exuberare, Col. 1, 1. * vindemia mellis, Col. 9, 15.

Vindemiatorum aleam subire, Col. 3, 21. * vindemiator, *sidus* τρυγητὴρ, Col. 11, 2.

Vindemiatoria vasa, Varr. 3, 2.

Vindemio vinum, Col. 12, 33.

Vindicant rustici cibariorum partem, *h. e. servant, compendii faciunt*, Col. 12, 14. vindicandum a sole sterquilinium, Varr. 1, 13.

Vineæ utiles an sint, Varr. 1, 8. Col. 3, 3. quo agro serendæ, Cat. 6. Varr. 1, 25. quale solum postulent, Col. 3, 1 *&* 12. Arb. 3. Pall. 1, 5. quale solum & cœlum, Pall. 2, 13. quam cœli regionem spectare, Col. 3, 12. quibus rebus instructæ esse debeant, Cat. 11. Varr. 1, 18. *huc pertinet* vinearum dos, Col. 3, 3. earum species multæ, Varr. 1, 8. tria genera, Col. Arb. 4. sunt vel laxius vel angustius consitæ, *ibid.* novellæ ut frequentandæ, Col. 4, 15. quos operarios requirant, Col. 1, 9. ut constitui & instituì debeant, Col. 3, 4. Arb. 1. in hortulos ut dividen-

Vitiginei surculi, Cat. 41. vitigineis foliis contegunt, Col. 12, 16.

Vitiles alvi, Varr. 3, 16. vitilia cola, Cat. 11. Vitile *dicitur, quidquid viendo factum est. Nam & funes, & corollæ, & alia, quæcunque plexili opere fiunt, vieri dicuntur.* Vitiles alvi *apum Varroni, qui ex viminibus facti. Perperam Victorius* vitile *exponit lentum, & quod facile flectitur. Immo* vitile *est* τὸ πλεκτὸν, *quod ex vimine & viendo factum est. Sic* apertile, τὸ ἀνοικτὸν, *& similia. Plin. lib. 22, c. 4, de foliis palmæ:* Nunc ad funes, vitiliumque nexus, & capitum levia umbracula funduntur, πρὸς τὰ τῶν πλεκτῶν ἅμματα. *Hæc Salmasius ad Solin. c. 22, p. 174. Schœttg.*

Vitio. vitiat ova gallus crebriore initu, Col. 8, 11. vitiatur in opere instrumentum, Col. 12, 1. ne vitientur boves aliqua offensa, Pall. 4, 12.

Vitiosum pecus, Varr. 2, 1.

Vitis. *De cultu ejus tribus libris, nempe III, IV & V, cum præcipiat Columella, nemo exspectat., credo, ut omnia loca huc referamus. Multa enim, quæ ad rem ipsam pertinent, præcepta sunt in* Vinea. *Persequamur tamen ordine, quantum licet, quæ præ ceteris notanda videntur, tum ex Columella, tum ex ceteris.* Sulcos & propagines quales desideret, Cat. 43. quomodo ferantur, Cat. 28. quot modis ponantur in provinciis & in Italia, Col. 3, 14. ponuntur pastinato solo melius, quam novali, Col. 3, 15. poni, putari, propagari, reparari quando deb. Pall. 11, 4. ablaqueari, Col. 4, 8. Pall. 2, 1 *&* 11, 5. fodi, Col. Arb. 12. pastinari, Col. 3, 13. putari, Cat. 32. Col. 4, 9 *&* 10. *it.* 23 *&* 24. Arb. 10. Pall. 1, 6. 3, 15. pampinari, Col. Arb. 11. Col. 4, 17. *it.* 27 *integr. &* 28 *it.* 29. pedari, Col. 4, 12. *f.* palari, Pall. 3, 20. alligari, Col. 4, 13 *&* 20. Pall. 4, 7. jugari, Col. 4, 17. pulverari, Pall. 8, 1. propagari, Cat. 133. Pall. 3, 16. 11, 16. ex arbusto transferri, Pall. 3, 10. inseri, Cat. 41. Col. 4, 29. Arb. 8. Pall. Inf. 45. femina quæ optima, Col. 3, 10. Arb. 3. qualis malleolus legendus, Col. 3, 6. caput, *vid. h. v.* Vitis arbustiva, Col. 5, 6. Arb. 16. vitis capitata & brachiata, Col. 5, 5. jugo superposita, aut arundinum statuminibus per orbem connexa, Col. 5, 5. sine adminiculis consistens, Col. 5, 5. prostrata, *ibid.* * vitis quæ ferax, Col. 3, 6 *&* 7. Arb. 2. Pall. 11, 3. prodigialiter feraces vites, Col. 3, 3. biferæ, Varr. 1, 7. tricenariæ, Varr. 1, 2. vitis unius intra biennii tempus progenies duo juge-

ra, Col. 3, 9. oleri inimica, Varr. 1, 16. steriles ut curentur, Pall. 12, 10. Col. Arb. 8. lacrimarum nimietate tabescentes, Pall. 3, 30. quarum fructus humore putrescit, Pall. 10, 18. macræ, Cat. 37. ægræ, Pall. 4, 7. læsæ, *ibid.* ne a bestiolis infestentur vites, Pall. 1, 35. ne sine fruge luxurient, Pall. 12, 9. radices ne implicentur, Col. 3, 15. ut fructum ad maturitatem perducant, Col. Arb. 8. ut botryones & albos & nigros ferant, Pall. 3, 33. cinis vitis vini colorem mutat, Pall. 11, 14. * vitis vel ad escam deponitur, vel ad effusionem, Col. 3, 2. quæ ad escam utiles, Col. 3, 2. *De reliquis generibus, speciebus, nominibus, ante omnia admonitio tenenda ipsius Columellæ, qua longum catalogum claudit* 3, 2. *Hic nomina vitium, uvarum, vinorum, elementari ordine proponemus: loca auctorum nostrorum sub suis cujusque literis indicantur.* Alba *huc non pertinet, vid. mox separatim.* Albuelis. Allobrogica. Amethystos. Aminæa. Apiana. Apicia. Arcella. Arcellaca *vel* Arcelaca. Argitis. Avara. Basilica. Biturica. Bumamma *f.* Bumastus. Ceraunia. Cocolubis. Cydonitæ. Dactyli. Duracinæ. Elvenacæ *f.* Helven. Emarci. Eugeniæ. Fæciniæ. Fereolæ *an* Ferreolæ? Fregellanæ nigræ. Gemellæ *f.* Geminæ. Germanæ. Græculæ. Helvenacæ. Helveolæ *f.* Helvolæ. Hirtiola *f.* Irtiola. Hispanica. Inerticula. Lanata. Libyca. Longa. Merica. Miscellæ. Murgentinæ. Nomentanæ. Numisianæ. Oleagineæ. Pompejanæ. Præcox. Pretiæ. Psithiæ. Purpureæ. Rhætica. Rhodiæ. Rubellianæ. Scantianæ. Scirpula. Sircitula. Sophortiæ. Spioniæ. Sticulæ. Thasiæ. Theriaca. Tripedaneæ. Variæ *f.* Helvolæ. Vennuculæ *an* Vermiculæ? Unciariæ. * Uniusne, an diversorum generum ponendæ? Col. 3, 20. Pall. 3, 9. quæ, quibus locis gaudeant? Cat. 6. Col. 3, 1. Pall. 3, 9. quæ inprimis conserendæ, Col. 3, 2. per species digerendæ in suos sibi hortos, Col. 3, 20 & 21. * vitis vel flagellum est, vel palma, Varr. 1, 31. *pro* palmite *etiam* Cat. 41. *Quin* * vitis alba, *propter qualemcunque similitudinem est* Bryonia alba, *de qua* Col. 10, 347. *it.* 12, 7. & Pall. 1, 35. Gr. ἄμπελος λευκὴ, *Gall.* Couleurée, *nostris Stichwurz. Multa de hac Plin.* 23, 16. & *ibi Harduinus.* * vitis & viticula, *de ramis cucumeris,* Pall. 4, 9 & 10. *de* arundinis flagello *posuisse videri potest* Cat. 47. *Sed mihi non liquet.*

Vitiscat *lectio expuncta ex* Col. Arb. 7. *jam legitur* radices vitis citet.

Vitium tritici siligo, Col. 2, 9. *i. e. secundum quoddam,*

inferiusque genus, ex priori ortum, ut vitium vini acetum *Plin. 23, 27. cf. Col. 2, 6 pr.*

Vitreus, *a, um.* vasa victilia vel vitrea, Col. 12, 4. fidelia vitrea, Col. 12, 56.* in vitreo componere napa, Col. 12, 34. *ubi substantive poni videtur.*

Vitulus & vitula, Varr. 2, 5. vituli quando nasci, quomodo ali soleant, Pall. 5, 7. castrari, Col. 6, 26. Pall. 6, 7. 7, 6.* Vitulus cognomen Pomponiorum, Varr. 2, 1 & 11.* vituli marini adeps, Col. 6, 32. pellis, Pall. 1, 35.

Viva terra, Pall. 3, 32. *interpretor ex loco herbido vel frugifero sumtam.*

Vivacitas silicis absumitur, Col. 2, 2. vivacitatem suam prorogare in X annos, Col. 11, 3.

Vivaria silvestrium pecudum, λαγοτροφεῖα, Col. 8, 1. ferarum, Col. 9, 1. vivarium frequens piscibus, Col. 8, 16. vivaria ab mari delata, Col. 8, 16.

Vivax herba, Col. 10, 88. vivacior est cunila, quam ut, Col. 11, 3. vivacissima arundo, Col. 4, 32.

Viverra ne perrepat, Col. 8, 15.

Vivido halitu caloris animatæ apes, Col. 9, 13.

Viviradix præstat malleolo, Col. 3, 14. ut ematur, Col. 3, 3 & 4. deponatur, Col. 3, 15. educetur, Col. 4, 6. de pastinato eximatur, Col. 3, 3. transferatur, Col. 4, 16. in provincialibus vineis ut tractetur, Col. 5, 5.* in rosa ferenda adhibetur, Varr. 1, 35.

Vivo. vivere prisci quibus rebus soliti fuerint, Varr. 2, 1. si utraque vixerint, *h. e. comprehenderint, convaluerint, davon kommen*, Col. Arb. 16.

Ulcus tetrum, Cat. 157. ulcera facta, Col. 6, 8. ulceribus remedium, Cat. 157. Col. 6, 13.

Uliginosus ab aquoso quid differat, Varr. 1, 6. fit locus, cum delapsum aquæ non habet, *ibid.*

Uligo. uligine redundat regio, Col. 1, 6. uliginem dulcem desiderat, Col. 11, 3. * morbus pedum, *qui & dulcedo*, Veg. 2, 52.

Ulmei folii callum, Pall. 4, 10.

Ulmi ut serantur, Cat. 28. ulmorum genera, satio, cultura, Col. 5, 6. generosissima Atinia, Col. Arb. 16. ulmus apium ventrem solvit, Col. 9, 13. ulmi utiles in finibus, Varr. 1, 15. catenis, Pall. 12, 15. semen ulmi samera, Col. 9, 13.

Ulpicum, Allium Punicum ἀφροσκόροδον, Col. 11, 3. Bæticum, Veg. 1, 18. ulpici caput, Cat. 71. satio & cul-

tura, Col. 11, 3. Pall. 12, 6. Ulpica late olentia, Col. 10, 113.

Ultro citroque, Cat. 33.

Ulva paluſtri figuratæ ſpartæ, Pall. 12, 7.

Umbilicus perſici, Pall. 12, 7.

Umbra villæ publicæ utamur, Varr. 3, 2. umbras compeſcere, Col. 4, 27. piſcis, Col. 8, 16. Gr. σκίαινα. *Laudat Ovid. Halieut. 111. Auſon. Moſella 90. ubi Freherus docet*, ombrina *Italis dici*, *Gallis* Maigre.

Umbraculis objectis defendatur arbor, Pall. 12, 7.

Umbratilis mora, Col. 1, 2.

Umbriæ boves, Col. 6, 1. metendi ratio, Varr. 1, 50.

Umbriferæ rupes, Varr. 2, 2.

Umbro. umbrant virgæ, Col. 5, 7. umbrantes platanos, Pall. Inſ. 145. umbrantibus arbuſtis tecta, Pall. 9, 8.

Ummidius, *vid.* Immidius.

Uncia jugeri, Col. 5, 1 & 2.

Unciariæ vites, Col. 3, 2. *a pondere acinorum dictæ Plin. 14, 3. Schœttg.*

Uncinis æreis tolluntur vermes e fico, Pall. 4, 10.

Unctioni quotidianæ oleum ſecundarium, Col. 12, 52.

Unctum (*edit.* uncta) *pingue*, Veg. 3, 71.

Uncus, *a*, *um*. unca vitis, Col. 4, 13. *curva*. unco digito educere, Col. 7, 11.

Uncus (*int.* clavus) infixus ſolo, Col. 3, 18. unci ferrei, Cat. 10 & 13.

Unda ſupernatantis olei, Pall. 2, 19. undis duabus aut tribus fervere patieris, *auffieden 2 oder 3 mahl*, Pall. 12, 22.

Unde, *a quo*, Varr. 1, 40 & 41.

Undevigeſimo die, Col. 8, 5.

Undo. undare cœpit aqua calefacta, Pall. 3, 25.

Unguen indere, Cat. 79 & 80. unguine ceti linitur, Col. 6, 32.

Ungo, *vel* unguo. unguito lectum fel bubulum, *pro* felle bubulo, *Saſerna apud* Varr. 1, 2. unguere corpus, Varr. 1, 2.

Unguis. ad unguem quadrare, Col. 11, 2. dolare, *ibid.* *Ad perfectam abſolutionem: translatio a marmorariis, qui juncturas marmorum tum demum perfectas ducunt, ſi unguis ſuperductus non offendatur, unde jam quæcunque perfectiſſima eſſe volumus ſignificare*, ad unguem *facta eſſe dicimus. Horat.* Ad unguem factus homo. *Beroald.* * ungues duo bovis in ungula uria, Varr. 2, 5. Col. 6, 12. *add.* Veg. 1, 56. * ungues

ferrei, Col. 12, 18. * custodum in vite, Col. 4, 24. Pall. 3, 12. *duræ illæ & siccæ partes ultra gemmam ultimam superiori anno relictæ*, (*neque enim consultum est sarmentum incidere*, Col. 4, 21) *postquam germinavit gemma resecandæ. vid.*

Ungula, * ungues marini, Veg. 1, 20. 4, 12. *vid. Plin.* 9, 33 *pr. & ibi Harduin.*

Ungulæ læsæ remedia, Col. 6, 15. restituendæ ratio, Veg. 2, 56 & 57. de perna, Cat. 158. * ungulis similis refectio palmitis, Col. 4, 24. *vid.* Unguis.

Unicolores pecudes, Varr. 2, 4.

Unio cepa simplex, Col. 12, 10. *vid. Salm. ad Solin. p. 822.*

Unitas coloris apparet, Col. 7, 3. dum unitas fiat, Col. 12, 22. unitatem faciunt, Col. 11, 3. 12, 24.

Universitas operis inchoati, Col. 9, 2. rusticationis, Col. 1, Præf. tergoris, Col. 7, 3.

Universi genitor, Col. 3, 10.

Unus ex multis, *exceptiva & cum prærogativa*, Col. 11, 1. unæ fibulæ locum facito, Cat. 19. uno *dativ.* Varr. 1, 18. unæ quadrigæ, Varr. 2, 1. unas molas, Cat. 13. * unum & vigesimum diem, Col. 8, 5. Arb. 26. * unus & imus *confund. ubi vid.*

Vocabula sua mutare, *h. e. nomina*, Col. 3, 2.

Vocale instrumentum, Varr. 1, 17.

Vociferant galli, Varr. 3, 9. vociferatus est anser, Col. 8, 13.

Vocificantes, Varr. 3, 16.

Volatile pecus, Col. 8, 4.

Volatura coturnicum, Varr. 3, 5. a volatura capiuntur turtures, Col. 8, 9. * pro ipsis turdis, Col. 8, 10.

Volema pira, Cat. 7. Col. 5, 10. 12, 10. *volam implentia interpretatur etiam Rhod. ad Scribon. c.* 104, *p.* 174.

Volo. velit dignari, *pro dignetur*, Col. 11, 1. *ubi laudabat Schœttg. Reinesium & Burmannum ad Petron. c.* 70. volunt volucres purum locum, Varr. 3, 6. volens propitius, Cat. 134 & 139. volentibus Divis, Cat. 141.

Volvæ intimæ, χορίον, Varr. 2, 1. *Ita* volvam pomorum *apud Scribon. comp.* 104, *p.* 174 *Rhod. Hadrian. Junius interpretatur* pomi medium, in quo velut loculo semina latent. *Ursinus malebat* valvolæ.

Volucra ne vites lædat, Col. Arb. 15. *cf.* Col. 10, 333, *ubi* volucres infestæ Baccho. *Ex lectione Pliniana commonitus*, *lego* volvox. *Plinii verba ad hanc rem pertinentia subscri-*

Urceolaris herba, Veg. 1, 34. parietaria *Dodonæo*, *quod* urceis vitreis *detergendis adhibita.*

Urceum aheneum, quod, Cat. 13.

Urceus. urcei aquarii, Cat. 10. fictiles, Cat. 13. urceis progeritur oleum, Col. 12, 50. urceo fictili, Col. 12, 44.

Uredo eſt a frigore, Col. 3, 20. *Paſſim* urendi *itemque adurendi verbum* frigori *attribui docet Fabri theſaurus.* Uredo & vulnuſcula in elephantiaſi, Veg. 1, 16.

Urina ſi ægre fluat aut genitalia deurat, Col. 6, 30. urina hominis apta ſurculis, Col. 2, 15. adverſus vermes, Pall. 3, 25. 4, 10. urina pota reficiuntur apes cœliacæ, Varr. 3, 16. vetus pomis & vitibus affunditur, Pall. 3, 8. 4, 8 *&* 10. 12, 10. bubula adverſ. campas, Pall. 1, 35. aſini obviat vermibus, Pall. 4, 10. bubula vel hominis, Col. 9, 13. *vid.* Lotium.

Urna quinquagenaria, Cat. 10. *quinquaginta ſextariorum capax*, *Turneb.* 7, 22. urnæ ſparteæ, Cat. 11.

Urnales II, Cat. 13. *forte ad* urceos *refertur.*

Uro. uratur vi ſecuti algoris, Pall. 11, 5.

Urpicem unum, Cat. 10. *quidam* Irpicem *malunt. Videtur* urpex *antiquior*, *ut ex* ὄμβρος *factus eſt* imber.

Urruncum, Varr. 1, 48.

Urſini adipis vires, Pall. 1, 35. urſinus ſanguis, Col. Arb. 15.

Urticæ enecant anſerculos, Col. 8, 14.

Uſioni quæ ſupererunt, Cat. 38. ſuæ quod ſatis ſit, Cat. 145 *&* 149.

Uſque adeo quo præacueris, Cat. 40. donec craſſus erit, Cat. 86 *&* 88. dum fiat craſſum, Cat. 95. uſque eo dum colliqueſcant, Col. 12, 22. raduntur quoad eliciatur ſanguis, Col. 6, 31. uſque quoad erunt lactentes, *quamdiu*, Varr. 2, 7. uſque quo incipit eſſe, Pall. 4, 1. uſque donec commadebit, Cat. 156. uſque dum habebis, dato, Cat. 30. uſque in noſtra tempora, Col. 12, Præf. in LX annum, Col. 11, 1. in annos VII, Pall. 3, 26. in Kal. Octobr. Col. 4, 5.

Uſtura ne conſtringat medicamentum, Veg. 4, 8.

Uſurarum ſemiſſes, Col. 3, 3. uſura ſemiſſium, Col. 3, 3. uſuram adjiciunt quædam ſervata diutius, Varr. 1, 69.

Uſurpare res urbanas, *agere*, Varr. 2, Præf. uſurpatur hæc inſitio æſtivo tempore, Col. 5, 11. hæc non ſunt uſur-

panda (*facienda*) continuis annis, Col. 12, 44. usurpant hoc nomine ramos agricolæ, Col. 5, 6.

Usus magister, Col. 10, 339. 4, 11. & experientia dominantur in artibus, Col. 1, 1. cum usus exigit, Col. 12, 7. in hoc usu, *pro* in hunc usum, Col. 12, 48. usu continuo gratia pascui exolescit, Col. 7, 3. in usu est post annum, *adhibetur*, Col. 12, 21. si quid usus venerit, Cat. 4.

Ut ἐκβατικόν. eo conveniunt, ut ipsi se necent curculiones, Varr. 1, 63. * *conditionale est:* ut Saserna dicat verum, Varr. 1, 19. ut hæc scripserit in agricultura, Varr. 1, 2. * *pro* verbi gratia, Varr. 2, 1 *&* 2. ut puta, Col. 5, 2. * ut enim ἅτε δὴ *Scal. ad loc.* Varr. 2, 9, ut ejus, quod eo comite indiget *&c. leg.* ut enim quod *&c. vid.* Quod enim. * ut maxime, Col. Arb. 7. * *omissum*, vel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *repetendum ex* ne *præmisso*, Col. 8, 7: ita ne vagetur, sed potius *&c.* * ut consideret vinitor, *pro* consideret, *vel* opus est, ut consideret, Col. 4, 24. * ut accumbit, vix resurgit, *pro* cum, Veg. 3, 83. * ut quisque locus frigidus erit, is primus conseratur *rel.* Col. 11, 2. * *an duplicem personam sustineat* ἢ ut, *vid.* Varr. 2, 1: ut ex arboribus *&c. pro* ut sicut. Col. 7, 3: ut & ante diximus *&c. ubi ad verbum* diximus *relata*, *comparandi adverbium est; ad* meminerimus, *conjunctio.* Col. 11, 2: ut quæque res defecta erit. *Considerandum etiam*, *an* ἢ quam *eodem modo posita sit Cic. fin. 3, 9* : Quid autem apertius, QUAM, si selectio nulla sit ab iis rebus, quæ contra naturam sint, earum rerum, quæ sint secundum naturam, tollatur omnis ea, quæ quæratur laudeturque prudentia? *unam* quam *postulat nomen comparativum* apertius, *alteram verbum* tollatur. * *pro* ut *leg. videtur* utut, Col. 1, 1 *fin.* ut occupato.

Utensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut excolitur, Col. 1, 3. 2, 13. 12, 1. *ita* utensile far, vinum, *rel.* Varr. 1, 2. utensilibus collectis revolant apes, Col. 9, 5.

Uterque. ea res utraque, Col. 1, 9. quod utrumque usurpatur, Col. 3, 14. utræque summæ, Col. 5, 1. quæ utraque genera, Col. 5, 11. *sic* Col. 1, 7 *&* 8. 4, 1.

Uterum corrumpit in ovibus aqua varia tempore admissuræ, Varr. 2, 2. in utero dolii, Col. 12, 4.

Utilis sapor pomorum, Pall. 4, 10. magis utilior nepotibus, quam filiis, Col. 6, 37. * utillime *&* utillimus *MS.* Pall. 8, 1. 11, 4. 12, 15.

ad Utilitatem adducere, *de bove domando*, Varr. 1, 20.

Utique, *in concedendi significatione*, Varr. 2, 4. 3, 7. Col. 1, 4. 4, 7.

Utor. uti factoribus, Cat. 13. erit qui utatur, Cat. 7. utenda rogat, Cat. 5. utito *pro* utitor, Cat. 96, 107, 123 & 126. quam uti voles, Cat. 118. vilicam uti, Cat. 142. vicinas, Cat. 143. *vid.* Adusus. Quam rem utuntur medici, Varr. 3, 16. ex altero loco, *cisterna*, ut homines, ex altero, *lacu*, ut pecus uti possit, Varr. 1, 11.

Utrinque secus, Cat. 21.

Utroque, *ad majores pariter atque ad minores*, Varr. 2, 10.

Utrum editis, *sine interrogatione*, Varr. 3, 2.

Utrumne consuerit, Col. 11, 1.

Uvæ bis mille in una vite, Col. 3, 3. ut varii generis & coloris acinos ferant, Col. Arb. 9. sine granis ut nascantur, Pall. 3, 29. *quod idem est*, sine vinaceis, Col. Arb. 9. si nimio imbre complutæ sint, ut cognoscatur, Col. 11, 2. ut serventur (ollares) Col. 12, 43. Pall. 10, 17. in vite ad veris initia, Pall. 12, 12. ut siccentur, Col. 12, 15. coctæ ut serventur, Cat. 25. passæ, Cat. 7. ut fiant, Col. 12, 39. passæ Græcæ ut fiant, Pall. 11, 22. * silvestres, Pall. 7, 11. labruscam *alias vocant*. * uvæ marinæ, Veg. 1, 20. 4, 12. *inter suffimenta: piscis est Plin. 9, 1. ubi vid. Harduin.*

Vulcanalia, Col. 11, 3. *Dies feriatus Vulcano dicatus, dicitur* Vulcanalia. *M. Varro:* Vulcanalia a Vulcano, quod ei tum feriæ, & quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit. *Plinius:* A Vulcanalibus lucubrare incipiebat studendi causa. *Beroald.*

Vulgares equi, Col. 6, 27.

Vulgo jacentes testæ, *passim*, *temere abjectæ*, Col. 9, 12.

Vulneribus medentia, Col. 6, 32.

Vulpibus communis vinea, Varr. 1, 8.

Vulsiniensis lacus, Col. 8, 16.

Vulsant jumenta, cum aliquid ruperunt, Veg. 3, 42.

Vulsura pecorum tonsura antiquior, Varr. 2, 11.

Vulsus *est pejus & cum periculo tussiens, quod colligas ex* Veg. 1, 53. 3, 65, 66 & 68.

Vulturnus, *Eurus*, Col. 5, 5. 11, 2.

Vultus. vultu eodem venit æstas aut hiems, Col. 1, Præf.

X.

X decussis, Col. 3, 13. * X *pro* ss. laxatus *pro* lassatus

MS. Pall. 4, 12 *extr. & ſæpe codex Columellæ Lipſ. Etiam ſæpe apud Vegetium*, *v.* g. de laxis, *h. e.* laſſis, 1, 38. *ita* triſſago, trixago *cet.*

Xylobalſamum, Col. 12, 51.

Y.

Yricus, Veg. 1, 38. *forte* colore iridis.

Yris illyricæ, Veg. 1, 34. & yreos crudi, *forte* floris iridis, Veg. 1, 20.

Z.

Zeus piſcis, Col. 8, 16.

Zinziberis triti, Pall. 11, 20.

Ziziphus arbor apibus grata, Pall. 1, 37. rutila & alba, Col. 9, 4. ſatio & cultura, Pall. 5, 4.

Zizipha ut ſerventur, Pall. 5, 4. *MS. Pall. melius*, zizyphum, *& ita quoque Vindanion Geopon.* 10, 43. *Ceterum fructus zizyphi noti ſunt apud noſtros. Videantur Baptiſt. Pius annot. poſt. c. 37, Salmaſ. ad Solin. c. 52, p. 730, Bodæus a Stapel ad Theophraſt. hiſt. plant. 4, 4, p. 328 ſ. Schœttg. Officinæ appellant* jujubas.

Zungitis, Veg. 4, 16. *N. L.*

Zythi Peluſiaci pocula, Col. 10, 116.


Stanford University Libraries
3 6105 013 379 347

